CHRISTIANA CATHOLICA RELIGIO CONTRA GENTILES, ...

Antonio Celestri, Giovanni Maria Gabrielli, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
20 — H
39

Bb. N = 100

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRISTIANA CATHOLICA
RELIGIO
Contra
GENTILES, MAHVMETANOS, HEBRÆOS, ET SECTARIOS
VIGINTITRIBVS
PROPOSITIONIBVS
DEMONSTRATA,
Quas
IN COMITIIS GENERALIBVS
Sub Auſpicijs Eminentiſſimi, ac Reuerendiſſ. Principis
GASPARIS
DE CARPINEO
S.R.E. Cardinalis, ac Sanctiſs. D.N. INNOCENTII XI. in Vrbe Vicarij
DISPVTANDAS PROPONIT
FR. ANTONIVS CELESTRI
à Panormo Tertij Ordinis S. Franciſci in Collegio Siculo S. Pauli de Arenula Vrbis Studiorum Regens.

ROMÆ, Typis Tizzoni. 1683.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

✠ IOAN. MARIA. CARD. GABRIELLIVS

Digitized by Google

Em.me Princeps.

EX Pręclariſſimi Philoſophi Ariſtippi lege, laudabili vſu deindè firmata, Scriptoribus inhibente: *Nihil literis mandare, quod non eorum, quos ſibi colendos ſuſceperint præfulciendum nomine, atq; honeſtandum putent*, hoc paruulum Opuſculum, quod in Comitijs Generalibus ſubijciendũ eſt examini, pręſidio muniri tenebar. Nam & ſi maxima dignitas ſit Operis, ab Opificis tamen imbecillitate veluti eneruata, ab al io robuſtioris animi, ac virtute prædito corroborari congruum erat. At cuius pa-

patrocinio committerem non diù hæſit deliberabunda voluntas. Eminentiæ Tuæ ſtatim dedicare collibuit. Miraberis quidem hominem à Te non cognitum, nitorem, ac lucem à Te quærere, peruagata tamen Sublimium tuarũ Virtutum fama, ingenita Tibi, tuæq; Genti ſingularis humanitas, firma ad Te recurrentium tutela, Maieſtatis ſplendor, quo omnium Ordinũ Sapientes in hac Alma Vrbe colluſtras, ac eorum animos Tibi deuincis, multaque alia, quæ ſermone pro Dignitate commẽdari non queunt, potiuſque ſacro ſilentio veneranda, me contemplantem ſuauiter traxere. Obſcura præterea eſt Religio, ac vndique Sectariorum calumnijs agitata; Tibi igitur, tamquam Numini inter Purpuras irradiãti, à quo lumen reciperet, &

Cæli

Cæli Romani Atlanti, vt ſuſtineretur, iuſtum fuit referre. Fateor paucas reflexiones, exilem diſpoſitionem in hoc Opere de proprio poſuiſſe, cætera fuſiùs, ac eleganter ab alijs dicta, quæ haud meo ſubijci nomine veritus ſum: *Quid enim alieno labore non ſubleuemur*, aiebat Seneca epiſt.8. ad Lucilium: *quidquid ab vllo benè dictũ eſt, meum eſt*. Idcircò minima, quia ſub microſcopio Magni tui Nominis poſita, ſperabam futurum, vt magna apparerent, libenti animo Tibi tanto Viro dicaui. Recipe igitur Eminentiſſ. Princeps qualecumque ſit hoc munuſculum, illudque Sapientia, qua abſtruſiſſimas quaſque difficultates exeſtricas, Humanas Sciẽtias, & præcipuè Chriſtianam, ac maturiorem literaturã inceſſanter promoues, foue; benignita-

Digitized by Google

te, qua iacentes ſubleuas, tuere propugna,& vnum ſupplex oro, vt attendas, quod ſi quæ Celebratiſſimi Principis merita æquarent non præſtiti, ſaltem ad tuę Summę Humanitatis,& Munificentiæ exercitium ſatis, ſuperque præbui motiua.

Fa-

Digitized by Google

Facultas Miniſtri Generalis.

PRæſens Opuſculum inſcriptum *Chriſtiana Catholica Religio contra Gentiles, &c.* à Patre Magiſtro Antonio Celeſtri Siculo à Panormo elaboratum, PP. Theologorum, & Examinatorum iudicio approbatum, quantum ad Nos ſpectat, vt Typis mandetur facultatem impartimur. In quorum fidem præſentes manu noſtra ſubſcriptas, noſtrique Muneris Sigillo munitas dedimus. Romæ in Venerab. noſtro Collegio Sanctorum Coſmæ, & Damiani. Hac die 21. Maij 1683.

Fr. Honoratus Beduſius
Min. Gen. Apoſt.

Locus † Sigilli.

Approbationes Examinatorum.

EGo infraſcriptus de mandato Reuerendiſſ. P. Magiſtri Honorati Beduſij Brixienſis Miniſtri Gen. Apoſtolici Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia Regularis Obſeruantiæ iterum, atque iterum accuratè perlegi, & examinaui Opuſculum, Adm. R. Patris Magiſtri Antonij Celeſtri à Panormo eiuſdem Ordinis Prouincialis Titularis Prouinciæ Patrimonij, & in Collegio S. Pauli de Arenula Studiorum Regentis, inſcriptum, *Chriſtiana Catholica Religio contra Gentiles, &c.* nec meo iudicio aliquod, quod non ſit conſentaneum eidem Religioni, ac fidei in eo conſcriptum reperi; vnde publicari, ac Typis mandari poſſe non dubito. Et in fidem, &c. Dat. Romæ in Vener. noſtro Collegio Sanctorum Coſmæ, & Damiani. Hac die 20. Maij 1683.

Fr. Bernardinus Theſauri Prouincialis Romæ, & Examinator Generalis.

Ex

EX impoſitione Reuerendiſſ. Patris Magiſtri Honorati Beduſij Religionis Tertij Ordinis S. Franciſci Miniſtri Generalis ego infraſcriptus Sac. Theol. Magiſter, ac Ordinis Examinator Generalis Opuſculum *Chriſtiana Catholica Religio contra Gentiles, &c.* inſcriptum ab Adm. Reuer. Patre Magiſtro Antonio Celeſtri à Panormo prefati Ordinis, ac Prouinciæ Patrimonij Prouinciali Titulari elaboratum, accuratè percurri, & quia in eo nihil nec Fidei. nec moribus diſſonum reperi, adeo vt in lucem exire, & Typis mandari valeat dignum iudicaui. Dat. in noſtro Conuentu Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe. Die 21. Maij 1683.

Fr, Dominicus Palterius Religionis Tertij Ordinis S. Franciſci S. Theologiæ Mag. ac Examinator Gen.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſſ. P. Mag. Sacri Pal. Apoſt.

Gregorius Carduccius Epiſc. Valet. ex commiſſione Eminentiſſ. Vicarij.

Imprimatur.

Fr. Ioſeph Clarionus Ord. Præd. Reuerendiſſ. P. Magiſtri S. Ap. Pal, Socius.

INDEX
PROPOSITIONVM,
ET
PARAGRAPHORVM.

PROPOSITIO PRIMA.

Per inſtinctum internum nõ eſt quærenda vera Religio. pag. 8.

§. 1. *Motiua ad Religionem ex inſtinctu inueniendam.* pag. 9.

§ 2. *Præſcindendo à Scripturis, & Patrum authoritate, ex ſola ratione inſtinctus impugnandus eſt.* pag. 11.

3. *Prima ratio; quia omnes in eadem Religione cõcordarent.* 13.

4. *Si omnes inſtinctu nõ gauderent, omnibus inuenibilis non eſſet Religio.* pag. 14.

5. *Ex inſtinctu omnes Religiones veræ eſſent.* pag. 15.

6. *Inſtinctus eſt contra experientiã.* pag. 17.

7. *Idem coacti ſunt fateri omnes*

ad-

aduerſarij . pag. 18.
§. 8. *Siuè inſtinctus conducat ad veritatem, ſiuè non, multa euitari abſurda non poſſunt*. pag. 20.
9. *In quacumque particulari Religione negatur inſtinctus*. pag. 22
10. *Ad Religionem veram vt ſic datur inſtinctus, non autem ad hanc, vel illam in particulari*. pag. 24.
11. *Poteſt Deus inſtinctum largiri, & probabile eſt nonnullis conceſſiſſe, ſed non omnibus*. 25.

PROPOSITIO SECVNDA.
Inuenibilis eſt veritas in genere, adeoque ex hoc capite nil obſtat quin inuenibilis ſit vera Religio. pag, 26

§. 1. *Si veritas non eſſet inuenibilis, opus èſſet ad inſtinctũ recurrere*. pag. 27.
§. 2. *De obiectorum intelligibilitate diſputat Dogmatica*. pag. 28.
3. *Et Academica*. pag. 28.
4. *Academica diuiditur in veterem, ſeu Platonicam*. pag. 29.
5. *In mediam, ſeù Arceſilæ*. 30.

§. 6. *Et nouam, ſeù Carneadis. pag. 31.*
7. *Diſputat etiam Sceptica. pag. 32.*
8. *Similitudines, & diſſimilitudines inter ſupradictas Scholas adducuntur. pag. 33.*
9. *Pugna hic eſt, non cum Dogmaticis, ſed cum Academicis, & Scepticis. pag. 35.*
10. *Impugnantur Academici Medij, & Noui: primò, quia datur potentia cognoſcitiua. ibidem.*
11. *Secundò: quia datur deſiderium ſciendi. pag. 36.*
12. *Tertiò, quia quodlibet viuens intellectuale poteſt probare exiſtentiam ſui. pag. 37.*
13. *Quartò, Academicus aliquid proponit, & probat contra alias ſectas. 38.*
14. *Quintò, varia ſequerentur abſurda. ibidem.*
14. *Concluditur, Academicos eſſe amentes. pag. 39.*
15. *Fundamentum Academicorum eſt ſenſuum deceptio. pag. 41.*
16. *Etiamſi ſenſus decipiantur, aliquid*

quid percipiunt, de quo intellectus fert iudicium. pag. 43.
§. 17. *Sententia Auguſtini eſt, ſenſus numquam falli.* pag. 45.
18. *Academici contendunt, ſenſus non decipi, in ſenſu ab Auguſtino intento.* pag. 47.
19. *Datur regula quando ſenſus non decipiuntur.* pag. 48.
20. *Senſus ipſi dant intellectui motiuum corrigendi eorumdem ſenſuum errorem.* pag. 49.
21. *Summariè arguitur contra ſenſuum deceptionem.* pag. 50.
22. *Intellectus nonnulla principia concipit independenter à ſenſu.* pag. 51.
23. *Argumentatur ad hominem contra Academicos.* pag. 52.
24. *Contra Academicos Medios probatur veritas in obiectis.* ibid.
25. *Noui Academici concedunt, mũdum aliqua Prouidentia eſſe diſpoſitum.* pag. 53.
26. *Ex rerum veritate deducuntur rationes.* pag. 54.
27. *Argumento Auguſtini conuincuntur ad hominem Medij, &*
noui

noui Academici. pag. 55.
§. 28. *Vera impugnatio Scepticorum eſt, ipſorum ſententiam exponere.* pag. 56.
29. *Sceptici ſaltem negare non poſſunt aliquod ſimul eſſe, & non eſſe, impoſſibile eſſe.* pag. 58.
30. *Concluditur veritatis inuenibilitas.* pag. 59.

TERTIA PROPOSITIO.

Vna ſola Religio, non omnes ſunt veræ, hinc quænam ſit vera ſedulò expendendum eſt. pag. 61.

§. 1. *Pythagoræ error de communi Religionum veritate exponitur.* ibidem.
§. 2. *Impugnatur primò, quia in materia de Religione in eadem cauſa inferri non poſſunt duo contradictoria.* pag. 62.
3. *Secundò, quia vna tantum Religio eſt a Deo reuelata.* pag. 64.
4. *Tertiò, poſſet quiſque fingere Religionem, & ſine ſcrupulo tenere.* pag. 65.
5. *Implicat, Religiones æquè veras*

ap-

apparere. pag. 67.
6. *Stãte obligatione ad veram Religionem fortiter conuincuntur Academici.* pag. 68.
7. *Niſi recurrant ad inſtinctum, gratis errorem aſſumunt Pythagorici.* pag. 69.
8. *Infringitur eorum reſponſio.* pagina 70.
9. *Exponitur Sententia Heracliti, & Cratyli, & impugnatur.* pag. 71.

QVARTA PROPOSITIO.

Veritas Religionis non eſt diiudicanda per genituras ex aſtris. pag. 63.

§. 1. *Aſſertur Aſtrologorum ſententia circa Religionem.* ibid.
2. *Impugnatur ineluctabili ratione.* pag. 74.
3. *Ex falſitate prædictorum ab Abrahami Aſtrologi blaſphemia vera Religio vindicatur.* pagina 78.
4. *Ex eodẽ conuincitur Albumazar, quia falſam aſſignat coniunctionem.* pag. 80.

§.5.

Digitized by Google

§. 5. *Effectus ſupernaturales à coniunctione ſtellarum naturali non pendent.* pag. 83.
6. *Nec ſui Mahumetis aduentum in aſtrorum coniunctione inuenit.* pag. 84.
7. *Impugnantur Rogerius, Bacconus, & Aliacenſis.* pag. 85.
8. *Sibi ipſis contradicunt.* pag. 87.
9. *Deſtituti ratione ad placitum diſcurrunt.* pag. 88.
10. *Nouas iuxta nouas difficultates fingunt coniunctiones.* pag. 91.

QVINTA PROPOSITIO.

Illegitimus eſt modus veram Religionem inueniendi per Myſteriorum examen. pag. 93.

§. 1. *Diuinæ Prouidentiæ eſt dare motiua ad credenda, non ad ſcienda myſteria.* ibidem.
2. *Si Religio per examen myſteriorum quæreretur, non eſſet inuenibilis.* pag. 94.
3. *Sancti Patres ſcientiam Myſteriorum non habuerunt.* pag. 95.
4. *Myſteria excedunt captum.* 96.

§. 5.

§. 5. *Niſi præſcindatur à veritate Chriſtianæ Religionis deludunt Infideles argumenta.* pag. 97.

6. *Si Religio per examen Myſteriorum quæreretur, illa eſſet vera, quæ facilior.* pag. 98.

7. *Vana reſponſio.* pag. 100.

8. *Ex Myſteriorum examine nunquam concluderetur veritas.* ibidem.

9. *Omnes conueniunt, Myſteria credi debere, non ſciri.* pag. 102,

10. *Quæ creduntur nec probanda ſunt antea, vt poſſibilia.* ibidem.

11. *Nec probabilis Myſteriorum cognitio ad credendum ſufficeret.* pag. 104.

12. *Recuſandæ ſunt quæſtiones de myſterijs ante fidem.* pag. 106.

13. *Neque hoc eſt improbæ cauſæ ſignum.* pag. 108.

14. *Teſtimonio Apoſtoli confirmatur, per examen Myſteriorum haud quærendam eſſe veram Religionem.* ibid.

SEX-

Digitized by Google

SEXTA PROPOSITIO.

Modus legitimus veram Religionem inueniendi eſt per examen reuelationis myſteriorum. pag. 112.

§. 1. *Religio vera inuenienda eſt per examen reuelationis.* ibid.

2. *Tota controuerſia inter credentes eſt de reuelatione.* pag. 113.

3. *Tum quia, ſufficit ſcientia reuelationis.* pag. 114.

4. *Ipſa habita vltra quęrendum non eſt.* pag. 115.

SEPTIMA PROPOSITIO.

Etiam ſi concluderetur euidenter moraliter ſcientia reuelationis, adhuc ſtaret cum obſcuritate, & incertitudine metaphyſica reuelatorum, tum etiam cum libertate ad aſſentiendum reuelatis. pag. 117.

§. 1. *Catholicorum inſtantia, quia ex reuelationis ſcientia tolleretur fides.* pag. 118.

2. *Fidei non obſtat ſcientia reuelationis.* pag. 121.

§. 3. *Ex extrinſeca connexione cum veritate reuelationis deducitur*

vę-

veritas credendorum logica non metaphyſica. pag. 122.
4. *Argumentum concludens metaphyſicam veritatem.* pag. 123.
5. *Ad duo motiua oppoſita intellectus ſuſpendit actum.* ibid.
6. *Ex ſcientia reuelationis non infert intellectus, myſteria eſſe in ſe vera.* pag. 124.
7. *Solum infert eſſe credibilia.* pagina 125.
8. *Reſpondetur in forma argumento metaphyſicam veritatem concludenti.* pag. 127.
9. *Ex obſcuritate myſterij deducitur compoſſibilitas fidei cum euidentia reuelationis.* pag. 128.
10. *Datur etiam libertas in cauſa.* pag. 129.
11. *Eſt compoſſibilis adhuc cum ſcientia propter maiorem fidei firmitatem.* pag. 130.
12. *Sufficit libertas in cauſa.* pagina 131.

OCTAVA PROPOSITIO.

Ratione ſaltem conſequenti probari poſſunt Myſteria, non ad veram Reli-

Religionem inueniendam, ſed ex affectu ad veram Religionem inuentam. pag. 134.

§. 1. *Poſt fidem examinari poſſunt Myſteria.* ibidem.
2. *Conſentit D. Thomas.* pag. 135.
3. *Et Sancti Patres diſtinguentes rationem indirectam, & reflexam.* pag. 136.
4. *Inſtantia contra rationem ſubſequentem deducta ab obligatione credendi ſoluitur.* pag. 138.
5. *Dictam diſtinctionem rationis in antecedentem, & conſequentem agnouit Auguſtinus.* pag. 140.
6. *Ponitur ratio à priori, quia quærens ſcientiam, quærit ad ſciendum, non ad credendum.* pag. 141.
7. *Tum quia ſemper facilior vera eſſet.* pag. 142.
8. *Difficillimum etiam eſſet vt ininueniretur vera Religio.* pagina 144.

NO-

NONA PROPOSITIO.

Ante inquiſitionem veræ Religionis ſupponendæ [illegible] exiſtentia Dei, & eius Prouidentia, tum etiam Religionis veræ exiſtentia. pag. 147.

§. 1. *Non eſt inuenibilis vera Religio niſi prius conſtet de ipſius, & Dei exiſtentia, tum etiam de Diuina Prouidentia.* ibid.

DECIMA PROPOSITIO.

Nomine Dei venit ens perfectiſſimum, & hoc exiſtere euidens eſt. pag. 150.

§. 1. *Exiſtentia Deì primò probatur ex contingentium exiſtentia. pag. 153.*

2. *Secundò ex artificioſa creaturarũ compoſitione.* pag. 154.

3. *Exiſtentiam Dei Idolatræ admittebant.* pag. 157.

4. *Deum ſupra omnes Deos colebãt. pag. 158.*

5. *Omnes conueniunt Deum exiſtere.* pag. 159.

6. *Negantes Deum pro nihilo reputan-*

tandi ſunt. pag. 162.
§. 7. *Ad Atheiſmum inducunt peccata,* pag. 163.

VNDECIMA PROPOSITIO.
Datur in Deo rerum creatarum Prouidentia. pag. 1.

§. 1. *Pauci Philoſophi Diuinam Prouidentiam negarunt.* ibidem.
2. *Ex recurſu ad Prouidentiam in ſubitaneis periculis.* pag. 2.
3. *Ex Regnorum conſideratione.* ib.
4. *Errores multorum diuinam Prouidentiam ſtabiliunt.* pag. 4.
5. *Ex excellenti mundi gubernatione.* pag. 5.
6. *Inſtantia ex inuiſibilitate Prouidentiæ deducta deſtruitur.* p. 7.
7. *Alia inſtantia ex malorum impunitione.* pag. 8.
8. *Expeditiſſima ratione diluitur.* pag. 9.
9. *Animæ immortalitatem ſupponit.* pag. 10.
10. *In animæ immortalitate omnes conueniunt.* pag. 11.
11. *Probatur animæ immortalitas,* quia

quia nõ habet vnde deficiat, ibi.
§. 12. *Ratione quietis, quam quiſque appetit in fine.* pag. 14.

DVODECIMA PROPOSITIO.
Euidens eſt exiſtere in Mundo veram Religionem. pag 16.

§. 1. *Verum eſt id, quod omnibus videtur verum.* pag. 17.
2. *Opponunt ſenſuum fallibilitatem, & reſpondetur.* pag. 18.
3. *Nulla Natio extitit, vel exiſtit ſine Religione.* pag. 20.
4. Neg*antes cultum nil ſunt eorum comparatione.* pag. 23.
5. Ne *procedatur in infinitum ſupponi debet exiſtentia Religionis.* pag. 25.
6. *Quia natura conſentit in exiſtentia Religionis, Religionem exiſtere eſt primum principium.* pag 27.
7. *Inſtantia, quod Religio inuenta fuerit in legum defectu, infringitur.* ibidem.
8. *Lucianus, & Macchiauellus obſtant exiſtentiæ Religionis.* 28.

§. 9.

§. 9. *Quod ſi Religio eſſet à natura inutiliter Machiauellum impugnarent.* pag. 29.
10. *Macchiauellus duo dixit: vnum implicitum, aliud explicitum.* pag. 30.
11. *Doctores, impugnando, reddiderunt explicitum, quod erat implicitum.* pag. 31.
12. *Doctrinam Machiauelli ſequuti ſunt multi quoad explicitum, non quoad implicitum.* ibid.

XIII. PROPOSITIO.

Exceſſus probabilitatis vnius Religionis præ alia eſt ſignum moraliter euidens Religionis à Deo reuelatæ. pag. 32.
§. 1. *Iniuſtus Deus, ſi ſtante obligatione, Religionem diſcernibilem non redderet.* pag. 33.
2. *Religio vera in ſignis probabilitatis falſam excedit.* pag. 35.
3. *Componitur euidentia cum maiori probabilitate ſignorum.* ibid.
4. *Quia probabilis exceſſus cognoſci poteſt euidenter.* pag. 36.
5. *Exceſſum probabilitatis ſignum eſſe*

eſſe ſufficiens ſtabilitur, quia aliter prudenter falſam amplecti poſſemus. pag. 37.

6. Tum quia alia non extat via inueniendi Religionem. pag. 38.

7. Myſteria experimento non conſtant. pag. 39.

8. Concluditur inuenibilem eſſe ſola ſignorum diſcuſſione. pag. 41.

XIV. PROPOSITIO.

Religio Chriſtiana habet ſigna veritatis, & probabilitatis, & quidem maiora omnibus alijs Religionibus; idcircò concluditur, Chriſtianam eſſe à Deo reuelatam. pagina 42.

1. Solis Infidelibus probandus eſt exceſſus probabilitatis noſtræ Religionis. ibidem.

2. Seliguntur quatuor veræ Religionis ſigna, & applicantur Religioni. pag. 43.

3. Scripturæ ſunt concordantes. pagina 44.

4. Prophetiæ ſunt verificatæ, vel verificabuntur. pag. 45.

Digitized by Google

§. 5. *Summa Chriſtianæ Doctrinæ ad duo reducitur puncta honeſtiſſima.* pag. 46.
6. *Miracula innumera comprobant veritatem.* pag. 47.
7. *Miracula Chriſti non fuerunt falſa.* pag. 50.
8. *Nonnulla nec à Gentilibus negari poſſunt.* pag. 51.
9. *Maximum miraculum eſt prodigioſa Propagatio.* ibid.
10. *Ex Deorum pluralitate ruit Gentilis Religio.* pag. 53.
11. *Crudelitati incumbebat.* pag. 54.
12. *Scelera permittebat.* pag. 55.
13. *Nulla vera ſplenduit Prophetia.* pag. 56.
14. *Conficta fuere miracula.* pagina 57.
15. *Similis Gentili in ſignis eſt Mahumetana.* pag. 59.
16. *Menda eſt, ac contradictoria aſſerit.* pag. 60.
17. *In lance librantur ſigna Religionum, & concluditur, Chriſtianam excedere in ſignis alias Religiones.* pag. 61.
18. *Adeoque eſſe à Deo Reuelatam.* pag.

Digitized by Google

pagina 62.

XV. PROPOSITIO.
Ex antedictorum poſitione contra Hebræos infertur Religionē Chriſtianam eſſe veram. pag. 63.

§. 1. *Vetus Teſtamentum habet æqualia ſigna ac nouum.* pag. 63.
2. *Aequè ergo ſunt reuelata à Deo, nec vnum alteri contradicit.* pagina 64.
3. *Aequè currunt ſolutiones, & difficultates.* pag. 65.
4. *Quod Meſſias venerit, ex Euangelio demonſtratur.* pag. 68.
5. *Triplici reſponſione vim argumenti tentant eludere Hebræi.* pag. 69.
6. *Virtute Dæmonis miracula Chriſti non fuere.* pag 70.
7. *Artes Magicas Chriſtus non didicit.* pag. 71.
8. *Eſt fabula arcanum verbum Salomonis à Chriſto lectum.* pag. 72.
9. *Deus ex Legis Euangelicæ reuelatione non mutatus eſt.* pag. 74.

XVI. PROPOSITIO.

Euidentia morali conſtat, libros ſacros tum veteris, tum noui teſtamenti, illorum fuiſſe, quibus adſcribuntur, adeoque ſigna Religionis ibi notata non ambigendum eſt eſſe vera. pag. 76.

§ 1. *Libros non eſſe eorum, quibus adſcribuntur effugia.* ibid.

2. *Ratio militat contra omnes Religiones.* pag. 77.

3. *Incumbit Diuinæ Prouidentiæ corrigere in caſu erroris.* pag. 78.

4. *Demonſtratur, libros eſſe genuinos.* ibidem.

5. *Exponitur antecedens argumenti,* pag. 79.

6. *Prima inſtantia ſoluitur.* pag. 84.

7. *Secunda inſtantia contra communem conſenſum enodatur.* ibidē.

8. *Concluditur vt ſatis probatum antecedens.* pag. 85.

9. *Confirmatur librorum veracitas ex concordantia exterorum Scriptorum.* ibidem.

XVII.

XVII. PROPOSITIO.

Inter Expoſitiones Scripturę illa eſt à Deo reuelata, quam Catholica hodie profitetur Eccleſia. pag. 88.

§. 1. *Diuinæ Prouidentiæ eſt reddere inuenibilem veram Sac. Scripturæ expoſitionem.* pag. 89.
2. *Vera expoſitio eſt, quæ habet maiora ſigna veritatis.* pag. 90.
3. *Eccleſia.* pag. 97.
4. *In ipſa habetur miraculorum perſeuerantia.* pag. 93.
5. *Viget etiam ſignum expellendi Diabolos ab Obſeſſis.* pag. 95.
6. *Diuinæ Prouidentiæ eſt, quod nunc miracula non ſint frequentia.* pagina 97.
7. *Tum etiam oraculum propheticum habuerunt.* pag. 99.
8. *& ſanctitas Doctrinæ, & morum.* pag. 100.
9. *Malorum iniquitates non officiunt Sanctitati Eccleſiæ.* pag. 101,
10. *Non deficit Martyrum conſtantia.* pag. 103.
11. *Hæreticorum Martyres non probant hæreſis veritatem.* pag. 104.

§. 12. *Eccleſia Catholicâ inuariata durat.* pag. 107.
13. *Non ſic Hæreticorum Eccleſia.* pag. 108.
14. *Concluditur veram Sacræ Scripturæ expoſitionem eſſe, quam docet Romana Eccleſia.* pag. 110.

XVIII. PROPOSITIO.

Pōtiſicem Romanum eſſe verum Caput Eccleſiæ, ac Iudicem in Controuerſijs Fidei demonſtratur. pagina 112.

§. 1. *Romanus Pontifex eſt Caput Eccleſiæ,* ibid.
2. *Monarchiam eminere probatur.* pag, 114.
3. *Mixtum regimen ex naturæ infirmitate vtilius eſt.* pag. 117.
4. Præſtantior *Monarchia, ſecluſis circumſtantijs.* pag. 118.
5. *Difficulter errat Monarcha, ibid.*
6. *Concluditur, Eccleſiam gubernandam eſſe à Pontifice, & Epiſcopis electis.* pag. 119.
7. *B. Petrum fuiſſe Monarcham Eccleſiæ, eſt reuelatum à Deo.* p 121.

§. 8.

Digitized by Google

§. 8. *D. Petro ſuccedere aliquis debet de iure Diuino.* pag. 122.
9. *Et hic eſt Romanus Epiſcopus ex Petri inſtitutione.* pag. 123.
10. *Concluditur, Pontificem Romanum eſſe Caput Eccleſiæ.* pagina 124.
11. *Ratio à priori, cur Pontifex non poſſit errare circa decernenda.* pag. 125.

XIX. PROPOSITIO.

Euitatur dicta methodo circulus, quē Pontificium vocant Sectarij. pagina 125.

§. 1. *Circulus, quem vocant Pontificiü Sectarij, exponitur.* ibid.
2. *Varij modi euitandi circulum.* pag. 128.
3. *Commendantur dicti modi, & relinquuntur in ſuo iure.* pagina 130.
4. *Stante reuelationis ſcientia tollitur circulus.* ibid.
5. *Explicationi aduerſatur P. Maurus.* 132.
6. *Sine euidentia reuelationis poteſt* ha-

haberi fides. pag. 132.

§. 7. *Ex euidentia reuelationis ſolum concluditur veritas in atteſtante.* pag. 135.

8. *Saluatur poſita euidentia reuelationis*. Propter quod vnũquodqne tale, & illud magis. pagi-

XX. PROPOSITIO.

Argumenta contra moralem euidentiam reuelationis non concludunt. pag. 138.

§. 1. *Signa probabilitatis Religionis Chriſtianæ, fundant moralem euidentiam.* ibidem.

2. *Affertur ratio, quare in tanta reuelationis claritate Hæretici non conuertantur, & Hæreſiarchæ ab Eccleſia receſſerint.* pag 139.

3. *Obſtat Hæreticorum contumacia.* pag. 142.

4. *Euidentia rei non metitur intellectu omnium cognoſcentium.* pagina 143.

Explicantur Dona Spiritus Sancti, ac eorum effectus. pag. 144.

6. *Deperduntur propter peccatũ, &* il-

illis ſuccedunt vitia oppoſita. pagina 143.

§. 7. *Tradidit Deus Hæreticos in reprobum ſenſum* pag. 144.

8. *Et ideo quæ veræ Religionis ſunt non concipiunt.* 145.

9. *Confirmatur euidentia reuelationis, Euangelij teſtimonijs. pagina 147.*

10. *Ex euidentia credibilitatis Myſteriorum deducitur euidentia reuelationis.* pag. 148.

11. *Myſteria credibilia ſunt, ſolum eſſe reuelata ſcitur.* pag. 150.

XXI. PROPOSITIO.

Cognitio euidens de Myſteriorum reuelatione eſt ſaltem principiatiuè ſupernaturalis. pag. 151.

§. 1. *Cognitio euidens reuelationis oritur principiatiuè ab illuſtratione ſupernaturali.* ibidem.

2. *Adeoque eſt ſupernaturalis. pagina 152.*

3. *Controuertitur, an ſatis ſit ad fidem.* pag. 154.

4. *Variæ ſententiæ referuntur. ibidem.* §. 5.

Digitized by Google

§. 5. *& vera probatur.* pag. 155.

6. *Poſita ſupernaturalitate principiatiuè omnia ſaluantur.* pag. 156.

7. *Inſtantiæ Bannez contra euidentiam reuelationis.* pag. 157.

8. *Et confirmatur authoritate, & ratione, euidentia reuelationis.* pagina 159.

9. *Inſtantiæ Bannez ſoluuntur.* pagina 160.

XXII. PROPOSITIO.

Modum explicatum Religionis inueniendæ omnes percipere poſſunt, ac optimus quidem eſt ad Infideles diſponendos, ſed non talis, vt ſine ipſo fides haberi non poſſit. pag. 161.

§. 1. *Etiam rudes poſſunt percipere euidentiam reuelationis.* pag. 162.

2. *Ratione probatur.* ibid.

3. *Alia ratione conualidatur.* pagina 163.

4. *Eſt iuxta experientiam.* pagina 164.

5. *Et modum quo vtitur Chriſtiana Religio.* pag. 165.

§. 6.

Digitized by Google

§. 6. *Non datur practica euidentia reuelationis.* pag. 166.
7. *Quod eſt iuxta mentem Sanctorum Patrum.* pag. 167.
8. *Si omnes poſſunt ſcire tenentur ſcire rationem reuelationis.* pagina 170.
9. Nonnullis *rationibus probatur.* ibidem.
10. *Et authoritate Scripturæ.* pagina 171.
11. *Tum etiam, quia fides participat de medio.* pag. 173.
12. *Componitur huiuſmodi obligatio cum diuina miſericordia.* pagina 174.
13. *Iuuat ad conſeruandam Religionem.* pag. 175.
14. *Teneretur Deus dare alia media ad ſciendã Religionem, ſi prædicta omnia defeciſſent.* pag. 177.

XXIIII. PROPOSITIO:
Conditiones, quæ ex Sanctis Patribus, & communi Doctorum placito requiruntur ad fidem, inueniuntur in actu fidei etiam ſuppoſita euidenti notitia reuelationis. pag. 178. §. 1.

Digitized by Google

§. 1. *Definitio fidei ab Apoſtolo tradita exponitur.* *ibidem.*
2. *Conditiones actus Fidei recenſentur.* pag. 179.
3. *Vltima conditio eſt libertas.* pagina 182.
4. *Iuxta Conciliorum definitionem.* pag. 183.
5. *Poſita euidentia reuelationis, actus Fidei conſequens omnibus gaudet requiſitis conditionibus.* pag. 184.
§. 6. *Ex Diuo Thoma Dæmones coacti credunt, quia ſignorum habent euidentiam.* pag. 186.
7. *Duplex modus credendi.* pag. 187.
8. *Argumentum militans contra omnes Theologos.* pag. 188.
9. *Explicatur D. Thomas.* *ibidem.*
10. *Triplex modus credendi ex Magiſtro Sententiarum.* pag. 189.
11. *Modus, quo Dæmones credunt concluditur.* pag. 190.

IOAN. MARIA. CARD. GABRIELLIVS

Occaſio

Digitized by Google

Occaſio Operis.

AB annis ferè primis poſtquam Theologicas didici diſciplinas, addictiſſimum interruptè mihi fuit, modum inuenire Sacræ noſtræ Religionis tuendi veritatem, ac vno ſimplici principio, Gentiles, Mahumetanos, Hebræos, omneſque Sectarios conuincendi. Sic enim mecum ipſe loquebar. Catholicus ego contra Catholicos arguo, defendo, quod ſi vel victor, vel victus remanſerim, nil vel vtilitatis acquirit, vel incommodi Sacra patitur Doctrina, quia concluſiones, de quibus diſputationem inſtituo, æquè ſunt ex vtraque parte probabiles, terminos non excedentes fidei; æquè inuariatim ex principijs partim fidei, partim naturali lumine notis deducuntur.

Quod ſi quæ fidei, cur talia, vel talia ſint quæro, deficit reſponſio, quia vtpotè Theologiæ principia non probantur, vt vera *ab eodem D. Th.* 1.*par. qu.*3.*art.*8, ſupponuntur. Verum enim verò aliqua, quæ ſunt fidei: nempè principia mediata ab immediatis Theologia probat, at prima adhuc improbata remanent: e. g. Chriſtus duas habet voluntates, diuinam ſcilicet, & humanam eſt de fide, & eſt principium Theologiæ mediatum, ab hoc alio immediato dependens. Chriſtus eſt homo Deus. Probat duplicitatem voluntatum in Chriſto Theologia, at ſupponit id, à quo hoc dependet, videlicet: Chriſtus eſt homo Deus. Vnde vltimò concludebam Theologiam nobiliſſimos præſtare effectus, ac vtiliſſimam eſſe ad probanda contra Hæreticos mediata principia, tum etiam ad corroboranda, & naturali ratione fulcienda, quæ ſunt fidei. Cæterum contra Gentiles, Mahumetanos, Hebræos, ac nonnullos Hęreticos prima principia fidei refutantes, inefficacem prorſus eſſe. Et certè ſi Mahumetanus negans Trinitatem

tatem, ac Chriſtum, accederet, neſcirem ſimplici Theologica facultate illum conuincere: primo enim loco afferrem Euangelium Trinitatem teſtificans: alias, ſecundò, rationes in alijs fidei propoſitionibus fundatas adducerem, quas Infidelis, Euangelio non credens, firmiter negaret: eodem modo de Gentili, de Hebræo, ac Hæretico diſcurrebam. Ex his veluti impulſus, primò iunior cum condiſcipulis meis, maturior deinde cum Lectoribus, ac Magiſtris, vltrò citròque multa agitaui, & expertus ſum omnia denique ad fidei principia reduci: eo modo, quo omnes naturalium ſcientiarum concluſiones ad prima naturalia principia per ſe nota collimant. Hinc dixi; niſi prima principia, vt credibilia, ac vt à Deo reuelata proponã, inanis, inutiliſque erit labor: Percepto difficultatis puncto, credendi motiua Chriſtianæ Religionis in vaticinijs Prophetarum, Chriſti Apoſtolorum, Sanctorumque miraculis, finis excellentia, reuelatorum conformitate, ac legum ſanctitate fundata meditatus ſum; aliundè ex omnium con-

ſenſu mihi certa erat Religionis veræ exiſtentia; nec dubitabam, quin Deus prouidus, & iuſtus diſcernibilem fecerat Religionem falſam à vera, tum etiam haud eſſe diſtinguibilitatem ab inſtinctu, & natura: idcircò veritatum indagando conuexiones, ad ignota ex notis petendo, videbatur demum obtinuiſſe euidentem diſcurſum concludentem, Chriſtianam Religionem eſſe à Deo reuelatam. Nec facilis vndique fuit reſolutio: Menti aduerſabatur fidei cum ſcientia incompoſſibilitas, quia obſcuritas vnius, videbatur cum alterius claritate, etſi in Atteſtante, pugnare: imò ex Atteſtantis ſcientia, ſcientiam adhuc credendorum concludi: idcircò beneficium ex reuelationis euidentia conſequutum, ab oppoſitione cum fide labefactabatur. At benè perpenſis, quæ Philoſophus 1. *poſt. poſt init. t.7.* de ſcientia dixerat: *ſcire autem arbitramur vnumquodque ſimpliciter, & non ſophiſtico modo, qui eſt ſecundum accidens, cum cauſam exiſtimamus cognoſcere, propter quam res eſt quod illius cauſa eſt, & non contingere hoc aliter ſe habere*, nempè: ſcien-

ſcientiam eſſe cognitionem euidentem rei per cauſam eſſendi, & non tantum cognoſcendi, id eſt: cognitionem, quare prædicatum ſubiecto re ipſa cõneniat, aut non conueniat: certum mihi fuit Ariſtotelem excludere à nomine ſcientiæ notitiam per authoritatem etiam Dei clarè reuelantis acceptam. Quod duabus alijs firmaui rationibus, quas Sapientiſſimus meus Magiſter P. Cotonius in Panſophiæ Inſtitutionibus *cap.* 2. promouerat: primò, quia: qui myſterium euidentèr à Deo audiret, myſterium docere non poſſet, cum rationem eius, & cauſam ignoret. Signum autem Sapientis eſt poſſe docere, vt ait Ariſtoteles 1. *metaph.cap.*1. qui proinde indignum hoc nomine eſſe docet ſolum expertum, (quamuis experientia, reuelatione ſit clarior) quia ſcilicet nõ tenet cauſam. Secundò quia reuelatio eodem modo afficit omnes articulos, ideſt extrinſecè, & tamen diuerſas ſinguli habent cauſas eſſendi, vnde dicitur communiter: Reuelatio non eſt ſpeciei; ergo ex ipſa intellectus, myſteriorũ cauſam, ſcire minimè poteſt. Vnde concluſi

 aſ-

aſſenſum euidenter audientis eſſe propriјſſimè fidem ſoli dicentis authoritati innixam, cui captiuatur intellectus, ſæpè ratione naturali reluctante. Hiſce notitijs imbutus, nondum ſperaueram futurum, vt aliquando à me traderentur ſcriptis, & publici iuris fierent. Tulit interim occaſio de Comitijs Generalibus, ad quæ inter ſelectiores Regentes minimus ego ad publicas propugnàndas concluſiones Superiorum benignitate connumeratus fui. Propriam tenuitatem, exiguo dumtaxat duorum menſium tempore, ac domeſticis curis, magis, magiſq; diminutam, negotia ſtudium interpellantia, quotidianas Sacræ Theologiæ lectiones, eximendi cauſa Reuerendiſſimo Generali expoſui; at candida eius conſtantia meam tremebundam, vexatamque imbecillitatem retudit, me perplexum firmauit; idcircò, quod antea per otium priuatim commentatus fueram, currente calamo in ſequentibus propoſitionibus palam facere coactus fui, quas vt connexas, non ſeorſim conſideratas, intentum probare exiſtimo: vnde Lectores, niſi

omnes

omnes percurrerint, (quod fieri moleſtum nõ erit) iudicium de finis conſequutione producere, oro, vt ſe abſtineant. Interim dignetur Deus eorumdem Lectorum mentes dociles, ac benignas, ſpiritu contradictionis depreſſo, ad huiuſmodi veritates præbere, vt fructum veræ fidei, iuxta mea vota, per inconcuſſa, ac ſcientifica motiua percipiant;

PRIMA PROPOSITIO.

Per inſtinctum internum non eſt quærenda vera Religio.

1 AD veram inueniendã Religionẽ multi ſunt, qui omni ratiocinij auxilio deſtituti, ſolo interni luminis diſcerniculo, vtũtur. Naturam, ac inſtinctum extollunt, hunc iudicẽ vnius veritatem ſupra cæteras Religiones iudicantem conſtituunt, difficultates omnes, quæ infallibili illius iudicio aduerſantur, indiſcuſsè deuorant, vtpotè nullius momenti, haud curant; idcircò ſi interrogas, quare hanc præ alijs Religionem amplectimini? reſpondent, quia ſic nobis inſtinctus veriſſimè dictat; & ſi denuò, quare in-

ter

ter multas, hæc potiùs, non illa eſt vera, hoc idem ab inſtinctu recepiſſe dicent: præcipuum addunt hoc eſſe Religionis priuilegiū (quod à Deo concedi poſſe,nonniſi impius negauerit) vt nempè tamquam lux à tenebris diſcernatur; atque hoc inter ipſam Religionem, ac alias naturales veritates intereſſe diſcrimen, vt ipſas comparari ſtudio, ac labore neceſſe ſit; illam ex indito lumine acquiri; nam ſicuti audiens ex natura loquentis audit dictum; nec in audiendo examine indiget; ita ad intelligendum quæ Dei ſunt & Religionis, intellectus per naturam cognoſcit, & vocem Dei audit. Deus igitur omnibus intùs veram Religionem loquitur,& Græcis grecè, Hebræis hebraicè, & Latinis latinè; nec exceditur Deus author fidei à Deo authore naturæ, huic in neceſ-

Motiua ad Religionem ex inſtinctu inueniendam.

ſarijs non deficit; nec ergo credenti in credendorum veritate deficiet. Tum quia nec eſſarium eſt fideles ad ea, circa quæ verſari debent per fidem faciliter, ſuauiterque peruenire; quod niſi reipsà dilucida, ac conſpicua eſſet Religio, nec quiſque ex indito lumine perciperet, ac diſcerneret; ſicuti in aliarum ſcientiarum obiectis euenit, omnium operum difficillimum foret negotium de Religione.

2 Hæc ſunt nonnullorũ hæreticorum deliria; per quæ Doctoribus authoritatem, ſubditis ſubmiſſionem, Pontifici Summo venerabilitatẽ abſtulere, feceruntque commune & Sutori, & Cauponi, Tabernario, & Stabulario, & Ancillæ, & pueris, quod peculiariter Diuina Scriptura ſoli Chriſti Vicario concedit, vt in ſuis locis apparebit. At pro nunc nec cum

Hæ-

Hæreticis, nec ſolis quibuſcumqne alijs Scripturam acceptantibus, mihi bellum indico; pro nunc à Scripturarum authoritate præſcindo; quaſi, veram, adhuc inuentã non eſſe, ſuppono. Fingere mihi permittatur, vnum ex nouæ interioris Batauiæ hominibus diuina hìc Romæ virtute translatum, qui vagus per Vrbem, ad domum de Propaganda fide, vel fortuitò, vel à Ciuium pietate ex barbara locutione exterum virum, ſimulqne infidelem exiſtimantium, ductus: ſtatim Rector, in patrio peregrini idiomate verſatus, interrogaret quid crederet, ac quænã eius eſſet Religio: Deos colo, reſponderet; at ille: Diſplicet quidem; falſam enim Religionem elegiſti; & quænam ſunt, adderet incola, præter meam aliæ? Eſt, reſpondebit, Chriſtiana Religio, ac ſtatim cum om-

Præſcindendo à Scripturis, & Patrum authoritate ex ſola ratione inſtinctus impugnandus eſt.

nibus eius articulis exponeret. Et ille, hanc chriſtianam audio, attamen antiquam amplecti magis mihi probat. Et vndè hoc? replicaret Magiſter. Reſpondet, quia ſic ex quodam inſtinctu interno iudico, nec aliundè rationem quærere volo. En caſus noſter, hunc conuincere opus eſt, nō quidem ex Scripturis, non ex Sanctorū Patrum authoritate; ſed ex ratione ſuperiori, nō deprompta ex noſtra particulari Religione, quia hanc non credit; ſed ex ratione, quòd vera Religio per inſtinctum internum minimè quærenda ſit; quia ſi ſemel hoc principium non deſtruit, nunquā illi Chriſtianam præ Gentili eligendam eſſe ſuadebit; nam nec miracula, nec Prophetiæ, nec Scripturarum concordātia, nec vtilitas, nec charitas, aliaque ſigna ad mouendum hominem illum ſatis

eſſent,

eſſent, qui intendit veritatem Religionis à lumine & interna locutione doceri. Probationem igitur inſtinctum deſtruentem quæramus, ac deindè firmetur propoſitum in concluſione aſſumptum: Per inſtinctum non eſt quærenda vera Religio.

3 Et primò, ſi omnes à Deo inſtinctum ad Religionum diſcretionem habuiſſent, cum ſit vnus & idem ſpiritus in omnibus, procedens ab vno eodemque principio, nempè Deo, omnes applicati ad huiuſmodi indagationem concordare deberent in ipſiſſima re electa: ſicuti, quia ex natura habetur diſcretio lucis à tenebris, omnes diſcernentes dicunt, lucem non eſſe tenebras, omnes aquam non eſſe ignē &c. Sequela, vt recipiatur, dūtaxat applicationem ſuę expoſitioni requirit. Duas leges contradictorias, quarum

Prima ratio, quia omnes in eadem Religione concordarent.

vna præfigit beatitudinem in coitu, alia in Dei viſione vna condemnat, alia approbat vitia; repugnat oriri ab vno eodemque Deo reuelante; quia aliter idem puriſſimus Deus non decipiens, nec vmquam deceptus, negaret quidquid affirmaret, & è contrà; idcirco ſi ſemel dari vnum Deum perfectiſſimum, ſapientiſſimumquè ſupponitur, dari tantum vnā veram Religionem fas erit concedere: ergo omnes habentes inſtinctum ad veritatem Religionis, ipſam eamdem diſcernere neceſſe erit.

Si omnes inſtinctu non gauderent, omnibus inuenibilis non eſſet Religio.

4 Nec dicas, aliquos habere, alios non habere inſtinctum hunc internum ad veram; quia Religio, ſi ſaluare volumus conceptum rectiſſimæ, & ſupremæ Prouidentiæ, debet eſſe omnibus inuenibilis, quia omnes ad illam tenentur; at ſi pauci (vt aſſeris) gaudent priuilegio

ve-

veri inſtinctus, apud hos tantummodò inuenibilis eſſet. Peto itaque vel apud alios, inſtinctu priuatos, eſſet diſcernibilis, vel non. Si non, ergo Religio omnibus inuenibilis non eſſet, contra id, quod ſuprà probauimus. Si inuenibilis, non quidem per inſtinctum, quia hunc, vt conceſſiſti, non haberent: ergo per aliquid diuerſum, nempè per ſcientiam reuelationis, quæ cum ſit opus intellectus indagantis veritatem, neſcio cur & alijs, quibus inſtinctum concedis, velis negare.

5 Secundo, dato inſtinctu interno in omnibus, quia innumeras inuenio Nationes diuerſum cultum Religionemque affectantes, Orientem nempè totum, Mahumetanam, Occidentem vero vel Gentilem, vel Chriſtianam, & hanc in varia ſciſſam corpora, veluti per reflexam cogni- Ex inſtinctu omnes omniū Religiones veræ eſſent.

gni-

gnitionem meditor: ſi omnes ex inſtinctu operati ſunt, hicque modus eſt Religionem inueniendi, vtique omnes inuenere, ſi omnes veram inuenerunt; ergo omnes omnium veræ ſunt. Hoc poſito, fingo me debere vnam amplecti Religionem, quia omnes collectiuè, vtpotè oppoſitæ, ab eodem inobſeruabiles ſunt; quamnam quæſo amplectar? Illam reſpondebis, ad quam proprio inſtinctu inclinas. Contra, quià etiamſi amplecterer aliquam contrà inſtinctum, prudenter operarer; nam adhærendo veræ prudentèr operor; ſed adhærendo Religioni contrà inſtinctum adhæreo veræ; ergò prudenter operor. Ergò inutilis eſt pro me inſtinctus; ergo abſolutè, & ſimpliciter modus inueniendi non eſt inſtinctus. Hæc omnia mihi apparent indubia, quia Religio, abſtrahendo ab in-

ſtin-

ſtinctu, obiectiuè eſt vera, inſtinctus enim non facit quod Religio ſit vera; ſed eſt principiũ, quo inuenimus Religionem veram, ſeù ſignum, quod Religio, ad quã eſt inſtinctus, ſit vera; ergo ſi alij ex inſtinctu inuenerunt Religionem, illa erit uera; adeoque ego etiam cum oppoſito inſtinctu teneor quieſcere; quia teneor ueritati aſſentiri.

6 Tertio huiuſmodi inſtinctus uidetur mihi quoddam ſectariorum inuentum ad argumentorum difficultates eludendas pulchrè accommodatum; ego enim Chriſtianus ſum, & Catholicus ac in theologicis diſciplinis mediocriter verſatus; & tamen fateor meam tenuitatem, craſſamque ſæpè ſæpiùs ignorantiam. Lego Bibliam, lego ſcripturas, nec ex inſtinctu inuenio contenta ſub verbis Arcana, quæ ſo-

Inſtinctus eſt contra experientiam.

ſolo ſimplici intuitu, reperiri gloriantur Sectarij, & niſi fides aliundè me tutum redderet, ac apparentem eſſe difficultatem doceret, anceps de ipſamet Scriptura remanerem; hinc humilis, ante faciem Domini, cum Diuo Auguſtino libro 11. Confeſsionum cap. 3. Deum lumen de lumine precor: *Domine qui illi Seruo tuo dediſti hæc dicere, da & mihi hæc intelligere.* Nec vnicus ſum, non paucos ſufficientis literaturæ interrogaui, quos in hoc idem meum iudicium deſcendiſſe inueni.

Idem coacti ſunt fateri omnes ſectarij.

7 Tum quià hoc idem deduco fateri cuiuſcumque Religionis ſectatores, qui ex inſtinctu, nec veritatem, nec proprium ſuorum codicum ſenſum percipiunt. Cum ipſis quæſtionem inſtituo cætum non inuenio Deum, vel Deos colentem, vbi vel Doctores, vel Magiſtri, qui rudibus, igna-

ignaris, parumquè intelligentibus rationes non explanent, oppoſitiones non concilient, Scripturarum allegoriam non declarent. In nouo mundo extabant Bonzi. In Oriente habetur Cadileſcher legis, Romæ olim erant Sacerdotes, in noſtra ſunt Apoſtoli, ideſt miſsi; hinc replico, ſi ex inſtinctu omnes acquiruntur veritates ad Religionem ſpectantes, quid clamant, quid docent, quid inſtruunt prædicantes? quid ædificant? Certè non fuerat neceſſarium Mahumeto barbaram ſuam Religionem gladio defendere; nec Imperatoribus, tot millia martyrum iugulare, illos ad gentium impietatem cogere; nec Moyſi tot feciſſe ſigna, ad motiua corroboranda credibilitatis veteris Teſtamenti; nec Chriſto demum mortuos reuocare ad vitam, claudos, cœcos, ac ex varijs languori-

Digitized by Google

ribus infirmos ſanare, eamdemque virtutem, ac dona, Apoſtolis, ad firmitatem dicendorum communicare: ſatis ſuperque erat, legem audientibus proponere; nam ſi vera ex inſtinctu vidiſſent, diſcerniſſent tamquam à tenebris lucem. Ergo ſi omnes contrario vtuntur modo, vt eſt manifeſtiſsimum, concluditur, longè diuerſum ab *inſtintu* modum inueniendæ Religionis extare.

8 Quartò vel inſtinctus ad veritatem conducit, vel non. Si primum, ergò claudantur ſcholæ, ceſſent diſputationes, omnes ſint ridiculæ controuerſiæ, vnicuique ampla concedatur licentia ſine ſyndereſi, ac ſcrupulo in propria Religione viuendi; vnuſquiſque ſit ſibi certa via, & regula. Vnum Deum, vel plures colentes ſaluabuntur, imò ſi tot in mundo eſſent Religiones quot homines, om-

Siue inſtitutus cõducit ad veritatẽ, ſiuè non, multa euitari abſurda non poſſunt.

omnes eſſent veræ. Quod mihi ipſi perpendenti imperceptibile apparet. Si ſecundum. Primò, qui falſo instinctu ducuntur, excuſari deberent ab obligatione veræ Religionis quærendæ. Secundo: ſi inſtinctus in aliquibus eſt verus, in alijs falſus, ego qui ducor ab inſtinctu, dubito ſi ducor à vero, vel à falſo, cum quo dubio conſiſtere non poteſt certitudo de inuenta Religione: vnde dubius adhuc eſſem, quænam eſſet vera Religio; ſicuti dubius ſum ſi ad ſciendum ducor à vero, vel à falſo inſtinctu. Renouo inſtantiam. Datur ne modus diſcernendi inſtinctum verum à falſo? Si datur, non erit alius inſtinctus, quia rediret difficultas, ergò erit aliquid ab inſtinctu diuerſum; ſi non datur: ergo abſolutè non eſt inuenibilis vera Religio.

9 Quintò in vnaquaque par-

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

particulari Religione negatur inſtinctus; ergo abſolutè non datur inſtinctus. Liquet aſſumptum antecedentis; nam non inueni Religionem, vbi non præſcribantur modi tẽtationes vitandi contra profeſſam fidem, vt à nullo vmquam ſeducãtur fideles; hinc aberrantes à via, è fidelium vnione, tamquam zizania à tritico ſeparantur, ne bonis ſint in ſcandalum, & peruerſionem. Hoc feciſſe Gentiles, Iuſtus Lipſius affirmat, alijque illius temporis Philoſophi. Hoc Chriſtianis aduertit Chriſtus *Marc.* 13. 5. *Videte ne quis vos ſeducat*. Præcipit Paulus *ad Coloſſ.* 20. *Nemo vos ſeducat*. Hoc inculcabant in veteri Teſtamẽto Prophetæ, Huius ſumma Mahumetanorum ſolicitudo eſt, idcircò haud, vel ſemel loqui cum exteris Meſchitarum ſuos permittunt. Nec ideò tot, tantiſque adhibitis di-

In quacunque particulari Religione negatur inſtinctus.

diligentijs, reſiſtitur mutationi, diuinæ quidem, eorum, qui ad Chriſtianam conuertuntur; & humanæ, illorum, qui ad Mahumetanam, vel Gentilem tranſeunr. Si daretur igitur inſtinctus, & lumen illud ſegregatiuum veri à falſo, nemo ſeduci poſſet; ſicuti nemo poteſt aſſentiri falſo cognito, vt falſo, nec diſſentiri à vero cognito vt vero; ergò dantes media ad reſiſtendum, vel inutiliter darent, vel inſtinctum non ſupponerent, & ſi omnes darēt media, omnes inſtinctum non ſupponerent. Verum eſt igitur, quod in vnaquaque Religione negatur inſtinctus. Et certe ridiculum foret, & amens ipſe iudicaret, ſi Chriſtianus à Gentili interrogatus, cur amplecteris Chriſtianam Religionem? reſponderet, quia ſic mihi dictat inſtinctus; cum aliundè adſit modus, & via legitima ſup-

pe-

petat probandi veram Religionem á Deo reuelatam.

Ad Religionẽ verã vt ſic datur inſtinctus, non autem ad hanc, vel illã in particulari.

10 Ad rationes dubitandi reſpondetur, dari quidem inſtinctum ad Religionem veram vt ſic, & hoc eſt per ſe notum, & dumtaxat cum ratione á poſteriori componibile, vt inferiùs demonſtrabitur. Quod autem hæc, vel illa ſit vera, non eſt per ſe notum, nec habetur á natura; quia ex ſuppoſitione exiſtentię veræ Religionis, quænam ſit vera, ratiocinio poſſumus inuenire, & ſaltem experientia conſtat, ex natura, & inſtinctu non deduci: aliter omnes conueniremus in veritate talis, vel talis Religionis.

Poteſt Deus inſtinctum largiri, ac probabile eſt nonnullis conceſſiſſe, ſed non omnibus.

11 Aſſentior deindè (& nõniſi impius negarẽ) Deum poſſe donum hoc cæleſtis luminis hominibus largiri; ſicuti cõceſſiſſe indicauit Scotus *in Prologomenis Sententiarum*, *& in 3. diſt. 24. quæſt.* vni-

vnica §. *Sed ſi loquamur.* Diuo paulo ad tertium vſque Cælum eleuato, vbi audiuit arcana Dei, quæ non licet homini loqui, tum etiam Beatiſſimę Virgini, ac alijs Apoſtolis, qui veram doctrinam à falſa palam diſtinguebant. Et ſicuti ordine naturali dedit rationi lumen ad prima principia ſine ratiocinio & diſcurſu cognoſcenda; ita pariter poterat dare in ordine ſupernaturali ad veram Religionem eodē modo dignoſcendam; ſed hoc omnibus non dedit. Paritas illa quod natura non deficit in neceſſariis eſt vera, at non concludit intentum, quia aliter omnes veritates ſimplici intuitu dignoſcibiles eſſe oporteret; ſat eſt, vt media non deficiãt ad dignoſcendam; ſicuti non deficiunt seriò quærenti verã Religionem. Propoſitiones Scripturæ, quas forſan afferrent, quod videlicet *præceptũ*

Domini ſit lucidum, & illuminans oculos. Et. *Oues meæ vocem meam andiunt, &c.* pro nunc minimè conuincunt, quia præſcindimus ab omni authoritate. Probabitur, ſuo loco, exponi debere iuxta ſenſum Eccleſiæ, vtpote ſenſus per Eccleſiam, in qua plenitudo habitat Spiritus Sancti, à Deo reuelatus.

II. PROPOSITIO.

Innenibilis eſt veritas in genere; adeoque ex hoc capite nil obſtat, quin inuenibilis ſit vera Religio.

12 NON otioſè ad inſtinctum recurriſſe pro Religionum diſcretione ſupra enarratos in prima Propoſitione concluderetur, ſi ſemel occluſā ad omnes veritates naturali ratione viam

viam iudicarent; idcircò ſun-ditùs inſtinctum illum non euerterem, ſi veritatem vt inuenibilem nõ propugnarem; nã ſi inuenibilis eſt Religio, inuenibilis vtique aliqua veritas, nempè Religionis; ſed non per inſtinctum; ergo ſaltem per euidentem, vel probabiliſſimum diſcurſum: At ſi veritas per ſcientiam dari non poteſt, Sectarij vel negarent inuenibilitatem Religionis abſolutè, vel ſi concederent, redarguerent mutando minorem: nempè eſt inuenibilis veritas Religionis; ſed non per diſcurſum vel euidentem, vel probabiliſſimum; ergò per inſtinctum. Obſeruate igitur, quod neceſſariò pro dicendorum ſubſiſtentia ſtabilienda eſt veritatis inuenibilitas per ſcientiã. Et quidem de humano intellectu, ac ipſius raticinio, quo intelligibilia percipit, obiecta, tres olim extitere ſententiæ;

Si veritas eſſet inuenibilis, opus eſſet ad inſtinctum recurri.

tiæ; duæ exaduersò oppoſitæ, tertia veluti media.

De obiectorũ intelligibilitate deputat Dogmatica.

13 Primum locum inter omnes vendicat dogmatica; vndè & Dogmaticorum nũcupata eſt relatiuè ad ſcientes dogmata. Iſta munificentiſſimè ſe habuit cum intellectu, concedendo menti poteſtatem ſtabiliter decernendi ſuper rerum veritate: vndè iudicium certum, verum, affirmatiuum, ſicuti & negatiuum concedebat. Cognouit Patronos Ariſtotelem cum omnibus Peripateticis; Zenonẽ cum ſuis Stoicis; Epicurum cum ſuis, & hæc hodie communis eſt ſentẽtia apud Chriſtianos, pleroſque alios Philoſophiæ Studioſos, ac à nobis vt præcipuum fundamentum aſſumitur in deſcriptione modi ad inueniendam veram Religionem.

Et Academica.

14 Secunda ſententia eſt Academica, relatiuè ad Academicos illam tuentes; quod

ſi

ſi ſollicitus es rationem ſcire, cur & Academici ſic dicti, ferunt, Platonem illius Scholæ Principem in Academia docere. Erat Academia fundus nemoroſus Herois Ecademi. Iſte primus indicauit Caſtori, & Polluci, Helenam à Theſeo raptam Aphidnis occultari; vndè honor eì, & eius villæ ſemper habitus eſt à Lacedemonijs. Omnes igitur, qui ibi congregabantur, ex illo loco nuncupationem aſciuere: nempè Academici.

15 Iſti tamen in tres claſſes diuiſi ſunt. Prima claſſis eſt Academiæ veteris, & huius Princeps eſt Plato, cuius erat definire quæ caperet, incerta relinquere quæ non caperet; ita Laertius *libro 3.* ac totidem verbis Heſychinus illuſtris apud VVoſſium *libro de Philoſophorum Sectis cap.* 12. hinc eſt fuiſſe inuentum, quod Plato negauerit ſcientias, quamuis etiam in Dia-

Academia diuiditur in veterem, ſeu Platonicam.

logis contra Sophiſtas, qui de nulla re dubitare viderentur, introduxerit Socratem ad quodlibet conuincendum etſi perſpectiſſimum in ambiguo verſari, hoc fuit ad confundendam eorum ſuperbiam, qua omnia ſcire gloriabantur. Cæterum in Timeo cùm alibi multa indubitantèr, & certiſſimè aſſeuerauit, vt notat Doctiſſimus Pallauicinus *lib.2.de bono cap.* 14. Tum quia ideas ipſe admiſit, vt immutabile, ac æternum ſcientijs concederetur obiectum. Quod Socrates eius Magiſter nihil ſcire gloriaretur, hoc ex modeſtia fuiſſe teſtantur permulti, & præſertim VVoſſius loco cit. vt Sophiſtarum argueret immodeſtiam. Meritò igitur Academiam veterem cum dogmatica nonnulli cõfundunt.

In mediam, ſeu Arceſilæ.

16 Alia Academia, quæ eſt loco ſecunda, dicitur media, eius Princeps eſt Arceſi-

Glaus, ſeù Arceſilas; aſſerebat nihil percipi poſſe, eoq; in omnibus cohibendum eſſe aſſenſum; hinc omnes, & quaſcumque negabat ſcientias, & probabilitates, quia nullam obiectorum veritatem admittebat.

17 Tertia Academia dicitur noua, cuius Author fuit Carneades Cyreneus. Iſte volebat, in rebus eſſe veritatem, aut falſitatem obiectiuam; ſed negabat eſſe in nobis artem iudicandi, verumque à falſo diſcernendi; vndè ex eorum mente apud Ciceronē in Lucullo legitur. *Veri eſſe aliquid non negamus, percipi poſſe negamus*; Atq; idem alibi: *Non enim ſumus ij, quibus nihil verum eſſe videatur: ſed qui omnibus veris falſa quadam adiuncta eſſe dicamus, tanta ſimilitudine, vt nulla inſit certa iudicandi, & diſcernendi nota*. Dicunt etiam quod Carneades, quamuis Et in nouā, ſeu Carneadis.

ob incertitudinem rei negaret aſſenſum, non tamen negabat aliquid eſſe probabile, aut non probabile. Ita Cicero *libro 6. Academic. quæſt. vnica,* ſumpta verò probabilitate, pro eo quod aſſeritur ita eſſe.

Diſpetat etiam Sceptica.

18 Tertia ſententia, è numero trium ſupra enumeratarum eſt Scepticorum, ſiuè Queſitantium, à Pyrro Elicēſe reperta; vndè Sectatores dicti ſunt Pyronij, ſiuè Sceptici. Docebant nullam certitudinem, ac probabilitatem haberi rerum, exceptis tamē ijs, de quibus præſentem experientiam in animo tenemus; vt ſunt dolor animi, delectatio cibi, e. g. quod nunc doleam, nunc delectar, nunc tale viſum patiar in animo, &c. omnia alia nec apparebant ſibi veriora, nec falſiora; ſed æquè vera, æquè falſa, & ſimul nec æquè vera, nec æquè falſa; dicebat enim ſua argumenta nō ſolùm ex-

pel-

pellere veritatem, ac falſitatem à ſeipſis: vndè & probabant obiectum nec eſſe verũ, nec eſſe falſum, & ſimul eadem argumenta nec probare, nec non probare veritatem, & falſitatem: eo pacto, quo Medicina expellit cum praúis humoribus ſeipſam: ita Scepticorum argumenta, & ſeipſa, & obiecta circa quę verſabantur incerta reddebant,

19 Deducite ex dictis, primò, ſententiam Dogmaticorum non opponi Academiæ veteri Platonis, imò cõuenire. Secundò Dogmaticam eſſe omninò oppoſitam Academiæ mediæ, & nouæ, & Scepticæ. Tertiò Academici medij, ſeù Arceſilæ conuenire cum Academicis nouis Carneadis, quia nullam admittebant ſcientiam directã, ſolùm reflexam, in quantum ſciebant non ſcire: comprehendebant non comprehendere.

Similitudines, & diſſimilitudines inter ſupradictas Scholas reducũtur.

 dere.

dere. Diſtinguebantur deindè, quia Academici medij negabant omnem veritatem in rebus, adeòque & in intellectu: at Academici noui dabant veritatem rebus; ſed negabant virtutem intellectui illam diſcernendi. Tum etiã medij Academici negabant omnem probabilitatem, at noui quamuis cohibuiſſent aſſenſum ob incertitudinem rei, non negabant tamen aliquod probabile eſſe, aut è contra.

20 Quartò Sceptici diſcriminabantur ab Academicis medijs, & nouis, quia concedebant nonnullas veritates, quæ cadunt ſub experientia animi: Secundò quia non ſolùm negabant omnes alias veritates, & ſcientias circa ipſas, vel probabilitates directas; ſed etiam reflexas. His poſitis:

21 Non eſt hìc mihi pugna cum Dogmaticis, apud quos

quos inuenibilis eſt veritas; ſed dumtaxat cũ omnibus Academicis, & Scepticis, quos conculcare neceſſe eſt pro inuenibilitate veræ Religionis; nam ſi Infideles, quos debellare in animo eſt, vel cum medijs Academicis aſſererẽt, ſolùm ipſos poſſe ſcire nihil ſcire, dicent conſequenter, ſe nihil aliud poſſe ſcire, quàm Religionem neſcire. Si cum nouis dicunt in ſe eſſe veritatem; at nobis artem indicãdi deficere: dicent proindè ſe ſolùm poſſe ſcire omnès Religiones æquè incertas eſſe, vel ſolùm probabiliter diſcernibiles probabilitate ſtãte cum incertitudine, Si cũ Scepticis, quia Religio non cadit ſub præſenti experientia, dicent nec ſcire, nec neſcire eſſe, vel non eſſe Religionem:

Pugna hìc eſt non cum Dogmaticis, ſed cũ Academicis, & Scepticis.

22 Sit igitur prima impugnatio cõtra omnes Academicos medios, & nouos.

Impugnantur Academici medij, & noui, Primò, quia datur potentia cognoſcitiua.

Per ſe notum eſt, nec indiget aliqua probatione in omnibus quibuſcumque viuentibus intellectu præditis dari potentiam cognoſcitiuam; ſiuè hæc ſit potentia contradiſtincta à voluntate, ſiuè ſit ſubſtantia, ſiue accidens; ergo certum eſt etiã dari id, quod eſt obiectum cognoſcentis, & hoc eſt verum vel aliquid, ſiuè obiectum. Hæc conſequentia eſt neceſſaria, & euidens. Atqui ſcientia eſt diſcurſus per præmiſſas euidentes. Ergo datur ſcientia.

23 Secundò: omnibus familiare eſt deſiderium, ac inclinatio ſciẽdi cauſas rerum, quas vel obſcurè, vel clarè, vel dubiè cognoſcunt, etſi errant, ſaltem eſt inclinatio ſciendi cauſam proprij erroris; ſicuti ſi aliquis de mane ſurgens experitur non videre, ſiuè non viſio proueniat ab impedimento oculari, ſiuè

Secundò quia datur deſiderium ſciendi.

ab

ab obiectis, ſiuè ab alijs circumſtantijs intermedijs inter potentiam, & obiectum, inclinat, & deſiderat ſcire cauſam non videndi; ergò ſcientia rei per cauſam inuenibilis eſt. Conſequentia eſt dilucida; nam deſiderium ad impoſſibile non datur; niſi deſiderans ſit amens, vel ebrius, vel ſomnians, qui ducuntur ex cœco phantaſmate per ficta, & veluti caſu compacta, & efformata obiecta. Ridiculum certè foret, & delirium (vt proprium adaptemus nomen) deſiderare vnico hauſtu totam Maris aquam abſorbere, & ſimilia extra poſſibilitatis ſpheram exiſtentia.

24 Tertiò: quodlibet viuens intellectu præditum poteſt probare ſcientificè exiſtentiam ſui Ergò datur hęc veritas, quod ipſe exiſtat, ergò datur ſcientia de hac veritate. Antecedens liquet,

Tertiò, quia quodlibet viués intellectuale poteſt probare exiſtentiam ſui.

quia

quia vnumquodque viuens cognoſcit ſe cognoſcere, vel cognoſcit ſe dubitare de ſui cognitione, ergò oportet cognoſcere ſe eſſe aliquid, & exiſtere, quia nullum poſſibile actu cognoſcit.

Quartò, Academicus aliquid proponit, & probat contra alias Sectas.

25 Quartò, cuiuſcumque Sectæ ſit Academicus, vel aliquid proponit contra alias Sectas, vel nihil? Si hoc ſecundum; ergò ab illis non diſcordat, Si primum, vel hoc Sectis contrarium probat, & ſoluit Sectariorum argumenta, vel non? Si non, ergò dicit quaſi nihil contra alios dicens. Si ſoluit, ergò aliquid verum cognoſcit, ipſum nempe, quod alijs eſt oppoſitum.

Quintò, varia ſequerētur abſurda.

26 Quintò innumera ſequerentur abſurda. Primò enim tolleretur dominium politicnm, & ſubiectio ſubditorum Principi, quia nec ſubditi eſſent de exiſtentia Principis certi, nec de eius le-

legibus, & an ab ipſo vel à priuato nullam habente poteſtatem originem duxiſſent, an tenerentur, vel non ad ipſarum obſeruantiàm. Iniuſtæ itidem eſſent punitiones tranſgreſſoribus inflictæ, quia ſine malitia ex defectu cognitionis peccarunt; Nemo deindè ex fine honeſto deberet agere; imò vniuerſaliter numquam ex fine, quia numquam vera honeſtas ſpecificatiua virtutis cognoſceretur & alia, quæ referre Lectoribus tædio eſſent,

27 Vltimò conuincerem omnes Academicos eſſe amẽtes Non negabitur noſtrum intellectum gaudere priuilegio apprehenſiuæ, iudicatiuæ, & diſcurſiuæ, & in apprehenſiua quidem multa veluti ſpectra, & Monſtra haberi; ſic apprehenditur ipſum apprehendentem eſſe Papã, Regem, Imperatorem, equũ, Deum, & hæc omnia vagè in

Concluditur Academicos eſſe amentes.

in ipſa apprehenſione ſicuti athomi aeris irradiante Sole, in aula ſubtus ſupra, hinc-inde circumferuntur, & volitant. Iudicatiuæ deinde eſt iudicare, & veluti diſtinguere, & ex iudicatis poſtremò diſcurſiuæ eſt inferre. Quod ſi iudicium apprehenſionem non corrigeret, & perſeueraret apprehendens, vel in apprehenſione Papatus, vel Deitatis, vel Trinitatis, &c. illa eſſet vera, & propria amentia, & apprehendens denominaretur amens. Tum ſic, Sint Academici cum omnibus illis obiectis in apprehenſiua, & cum hoc etiam ſumus homines: vel ipſorum iudicatiua corrigeret apprehenſiuam, iudicando aliqua eſſe vera, aliqua falſa, vel omnia eſse falſa, omnia eſse vera? Si primum; ergo daretur per ipſos ſcientia, ſaltẽ iudicium veri. Si indicarent omnia eſse falſa, iudicarent con-

conſequenter ipſos non eſse homines, quia vna ex propoſitionibus apprehenſis erat hæc. Sumus homines. Si iudicarent omnia eſſe vera, ergo iudicarent omnes eſſe Papam, Deum, Trinitatem, adeoque eſſent amentes, Si neque falſa, neque vera; ergò remaneret apprehenſiua firma in proprio obiecto, & hæc etiam maxima amentia eſſet, maior quam haberi poteſt.

18 Quamuis autem hæc argumenta valida ſint, maius tamen robur accipient, ſi radicitùs Academicorum fundamenta euellamus. Iſti primò ex ſuppoſitione definitionis cuiuſdam Zenonis, qui dicit verum eſſe animo ita impreſſum ex eo, vnde eſt, vt eſſe non poſſet ex eo, vnde non eſt, arguebant verum haud dari, vel ſi datur cognoſci à nobis non poſſe; nam omnis aſſenſus, quem his ſtâti-

Fundamentum Academicorum eſt ſenſuum deceptio.

Digitized by Google

tibus facere poteſt intellectus, ducit originem, tamquam principium quod repreſentat intentionalibus potentijs obiecta, à ſenſibus; iſtis tamen nihil certum eſt, quia continuò decipiuntur. Vident oculi in aqua ędificia pendula, quaſi quod ſupremum ſubtùs ſit, infimum ſupra. Virga etſi rectiſſima, quaſi Serpens varijs intorſionibus apparet. Cælum motu velociſſimo mouetur, ſic etiam & rapidiſſimo Planetæ, & videtur quieſcere. Sol, quodcumque terreſtre obiectum, jn magnitudine excedit; & oculo apparet palmare. Quid dicam de coloribus in Iride, & collo columbæ, in aqua Maris, & ſimilibus. in quibus verè color non eſt. Auribus Echo videtur vox humana, guſtui deindè vni placet, quidquid alteri diſplicet: ſtercus ipsũ, à quo hominũ natura aborret,

ret, nonnullis animalibus placet, imò in Hieroſolymitana obſidione ſub Tito, teſte Ioſepho Hebræo, *Stercus collectum cibus erat*. Eadem herba pecoribus dulcis, nobis amara, ergo ſenſus falluntur. Quid mirum ergò, ſi intellectus, depromens à ſenſibus obiectorum rationem, verum non concipiat, innixus cauſæ, cui ineſſe poteſt falſum.

29 At contra primo, quia vel ſenſus decipiuntur, vel nō, numquam vis ſeuſus ita refelli poteſt, vt dicant ſenſus nihil percipere. e.g. & ſi fallantur videndo Iridem coloratam, collum Columbæ, &c. & etiam totum mundum, negari certè non poteſt, quod in hoc eodem errore aliquid non percipiant, & hoc eſt innegabile; quod conuincitur à Diuo Auguſtino; *nec omninò* (inquit ipſe) *aud eſtis aliquādo iſta tentare,* loquitur cū Academicis, *ſed poſſè aliunde*

Etiam ſi ſenſus decipiantur aliquid percipiunt de quo intellectus fert iudicium.

eſſe,

eſſe, ac videtur, vehemẽter perſuadere incubuiſtis. Igitur aliquid percipiebant, quod ſuadebant eſſe aliud ac videbatur. De cœtero aliquid erat; non obſtante ergo fallacia, & ſenſuum deceptione, poterat intellectus aliquam veritatem percipere. E. g. quærimus vtrum mundus ſit? Dicimus mundum eſſe, & hic eſt, quem videmus, ſiue videndo erramus, ſiue non, hic eſt mundus, illum nempè quem videmus, & circa quem errare poſſumus.

30 Impugnant aliqui cũ Diuo Auguſtino, quia ſenſus numquam falluntur, imò fallerentur ſi obiecta diuerſo modo, ac in circumſtantijs repræſentantur, perciperent. Totus error eſt in intellectu, qui non corrigit repræſentatum à ſenſu. Sic Sol aliàs diſtantiſſimus videtur paruus, ſic videri debet propter diſtantiam, ſi intellectus deinde

de paruum ſicuti videtur iudicaret hinc deciperetur intellectus, in quo vis ſita eſt veritatem diſcernendi,& certè intellectus ſi bene perpendit, oppoſitum iudicabit hoc diſcurſu. Sol eſt diſtantiſſimus, ergo propter diſtantiã nõ poteſt videri niſi paruus, in ſe autem oportet eſſe magnus. Explicant exemplo ſomniantium, qui multa falſa in ſomnis vident; quia ſic ſpecies compactæ phantaſmati,ac ſenſui interno repręſentant. Quod ſi deinde vigilantibus eadem illa renunciantur, intellectus hinc agẽs corrigit errores,& aſſerit eſſe ſenſuum deliria. Explicant alio exemplo telæ pictæ ad Socratem repræſentandum;ſi ea Socratẽ diuerſo modo ac eſt repræſentat,non errat pictura, quia repræſentat,quod in ſe habet, imò erraret, ſi aliquod diuerſum à ſe repræſentaret,totus error eſt in intel-

Sententia Auguſtini eſt ſenſus nunquam falli.

tellectu, iudicante illam verè Socratem repræſentare: totum hoc paucis concludit verbis Auguſtinus, reſpondendo argumentis de Iride, Collo Columbæ. *Nihil habeo quod de ſenſibus conquerar, iniuſtū enim ab eis exigere pluſquam poſſunt; quidquid autem poſſunt videre oculi, verum vident ergò ne verum eſt, quod de remo in aqua vident? prorſus verum: nam cauſa accedente, quare ita videretur. ſi demerſus vnda remus rectus appareret magis oculos meos falſæ renunciationis arguerem; nō enim videretur quod talibus exiſtentibus cauſis videndum fuit. Ego tamen fallor, ſi aſſentior, ait quiſpiam. Noli plus aſſentire, quam vt ita tibi apparere, perſuadeas, & nulla deceptio eſt.*

31 Ego veneror hunc modum impugnandi, illo vtuntur Pallauicinus, & Elizalda, ac multi recentiores, atta-

attamen meo iudicio, mentem Academicorum non infringit, quia iſti concedunt totum Auguſtini diſcurſum, adeòque aſſerunt ſenſus non errare, prout actus eorum conformatur obiecto, quatenus eſt repræſentatum; ſed decipi, quia actus non conformis eſt obiecto, prout in ſe eſt: ſicuti errat, & decipitur intellectus, non quia conformatur obiecto, prout ipſi repræſentatur, ſed quia eſt difformis obiecto in ſe. Quod facilè colligi poteſt, quia Academici in allatis ſupra exemplis addunt, in ſe tamen remus non eſt curuus, Iris non eſt colorata, Sol non eſt paruus, & ſimilia; ergò totam fallaciam, & deceptionem cognoſcunt ex difformitate cũ obiecto reali prout in ſe eſt. Hinc ſtatuo ſenſus aliquando errare, ſed non ſemper. Eiuſdem conditionis intellectus eſt, qui poteſt errare,

Academici cõcedunt ſenſus non decipi in ſenſu ab Auguſtino intento.

rare,

rare, ſed non ſemper errat.

Datur regula quando ſenſus non decipiuntur.

32 Aſſigno regulam vniuerſalem. Quando omnes ſenſus conueniunt in aliquo obiecto tali, & intellectus pōderantes non corrigunt, errant; ratio eſt, quia ne decipiamur Prouidentiæ incumbit dare vim diſcretiuam intellectui. Hoc neceſſariò fateri debent & Academici, qui ad hominem eodem prorſùs ipſorum argumento conuincuntur. Dicunt oculum videre Iridem coloratam, quæ in ſe colorata non eſt, ergò decipiuntur: tum ſic quod Iris in ſe colorata non ſit, non habent ab oculo, ergo ab intellectu cognoſcente errorē oculi. Si intellectus omnem veritatem ſumit à ſenſu, quare cum ſenſus percipit colorem in Iride, non aſſentit intellectus eſſe colorem, ſed potiùs dicit colorem non eſſe, & arguit ſenſum falſitatis? Certè ex alio oriri nō poteſt niſi

niſi quia intellectus habet vim corrigendi ſenſus omnes quãdo in obiecto decipiuntur, habetque vim hanc diſcretiuam veri à falſo, vtpotè Magiſter dirigens actus obliquos diſcipulorum, nempè ſenſuum, & ſicuti corrigit apprehenſiuam per iudicium; ita ſenſus per examen perceptorum ſenſibilium.

35 Deindè dico, & forſan melius, ſenſus ipſi in aliquibus errant, dantque intellectui occaſionem errandi, & ipſimet deinde dant motiuũ intellectui corrigendi. Cogor Academicos hoc idem fateri. Remus e. g. in aqua videtur curuus, peto, quare hoc dicũt, & vnde habẽt? Reſpondebunt, quia ipſe idem remus extra aquam videtur rectus; hinc intellectus, ex hac rectitudine viſa extra corpus diaphanum aquæ, arguit antecedenter oculum fuiſſe deceptum; ergò, & ipſemet ſenſus

Senſus ipſi dãt intellectui motiuum corrigẽdi eorumdem ſenſuum errorem.

Digitized by Google

ſus dans motiuum erroris, tribuit motiuum correctionis. Igitur Academici non poſſunt effugere illud principium, nempè, in quo conueniunt omnes ſenſus, ſi aliundè non præſtant motiuū correctionis intellectui eſt verum, quod ſi præſtant, verum eſt ſecundum motiuum, non primum.

34 En ſummarium argumentum; ſi dicis ſenſus errare, vel intendis ſemper errare, vel aliquando errare, aliquando non? Si hoc ſecundum, habeo intentum. Si primū, peto vnde deducis quod virga in aqua ſit recta? hoc enim requiritur ad concludendum, ergò ſenſus qui vidit curuā errauit, niſi dicas, quia extra aquam vidi rectam; ergo idem ſenſus per te dat motiuum corrigendi, & ſi non daret, adhuc affirmares oculum non erraſſe in curuitate virgæ, ergò opor-

Summariè arguitur contra ſenſuum deceptionem.

portet vt fatearis ſenſus omnium ſi conueniunt in vno obiẽcto, & non dant motiuũ correctionis intellectui, non decipi: quod ſi dant motiuũ, decipiuntur in primo obiecto, & non in ſecundo Hic diſcurſus certè conuincit, & cuicumque, ipſum funditus perpendenti, ſatisfacit.

35 Adde: nec in omnibus intellectum à ſenſibus dependere, quia nonnullas veritates concipit, quę ſunt prima principia per ſe nota nõ ſenſibilia; ſed purè intelligibilia: vt ſunt, quodlibet eſt, vel non eſt; totum eſt maius ſua parte. Ego cogitans actu aliquid ſum, cognitio eſt cognitio, & ſimilia, quæ à nonnullis vocantur ſemina ſcientiarum, in quantum ex illis veluti per inductionẽ, & diſcurſum oriuntur perilluſtres, & non parum proficuæ ſciẽtiæ; ideſt cognitiones certæ, & euidentes veritatum.

Intellectus nonnulla principia concipit independenter à ſenſu.

Digitized by Google

Argumentatur ad hominem contra Academicos.

36 Confirmo denique dicta in omni Academicorũ ſententia, & deinde ſingillarim certamen inſtituo. Omnes Academici negant ſcientiam,& concedunt ſaltem habere ſcientiam de negatione ſcientiæ. Tum ſic,vel illam ſcientiã habent dependẽter à ſenſibus, vel independenter. Si independenter,peto: ſenſus, à quibus pendet, vel decipiuntur, & ſic tollitur ſcientia, vel non decipiuntur; ergò ſenſus non ſemper falluntur.

Contra Academicos medios probatur veritas in obiectis.

37 Academicos in particulari nunc aggredior. Et primò Academicos medios, ſeù Arceſilæ, nam veteres,ſeù Platonici vt dixi parùm, vel nihil à Dogmaticis diſtant. Primò igitur contra Academicos medios militànt omnia ſupra facta argumenta, quæ ſcientiam probant;nunc peculiariter firmo contra ipſos dari in obiectis veritatẽ. Nulla data nagotiatione intel-

tel-

tellectus in re vel Academicus medius eſt homo,vel aliquid ab homine,vel nihil:hęc propoſitio eſt veriſſima obiectiuè, nec contrarium dici poteſt, ergò datur veritas obiectiua. Tum quia dantur per ipſos veritates reflexę intentionales; ergò concedere tenentur ex parte obiecti aliquid verum correſpondens, aliter confunderentur cum Scepticis.

38 Veniamus nunc ad Academicos nouos,qui multas veritates cōcedebant, at nullis aſſenſum,vel diſſensū præſtabant.Concedit Carneades mundum iſtum noſtrum, aut natura corporum, aut aliqua prouidentia ſic eſſe diſpoſitū (ut utar uerbis D.Auguſtini *lib. 3. contra Academicos litt. B,*)cumq;aut ſemper fuiſſe,& fore, aut cæpiſſe eſſe minimè deſiturum,aut ortum ex tempore non habere; ſed habiturum eſſe finem: iſta enim diſiun-

Noui Academici concedunt mundū aliqua Prouidētia eſ diſpoſitum.

ſiuncta, ut uera concedit Carneades. Addo nunc: aſſume vnam partem ex diſiunctis. Nolo aſſumere respondet Carneades, quia neſcio quænam ſit uera diſiunctiuè, quia rationem non habeo vnius præ alia.

39 Contra: in re ueritates ſunt, ergò in re rationes ueritatum ſunt; ergò ſaltem potes habere ueritatum rationes, quamuis de facto uel ex mala organi conſtitutione, uel ab extrinſeco impedimento, uel ſtudij defectu non inuenias. Non eſt hæc ratio (replicat ipſe) in tantum intellectus non iudicat, quia hanc uim iudicatiuã nõ habet. Sed ſiſte in hoc verum eſt per te, quod intellectus non iudicat ueritatem, & hoc cognoſcis, quia uim iudicatiuam intellectus non habet, ergò iudicas aliquod uerum per cauſam ueram, ergò negas intellectum non habere vim

Ex rerum veritate deducitur veritatem.

vim iudicatiuam ueri,& concedis. Academici Medij, & Noui impugnationes non merentur, quia verè omnem Philoſophiam euertunt, ac modum philoſophandi eludunt. Intellectus noſter ex ſola terminorum apprehenſione Academicorum vanitatem concipit.

10 Ipſos denuò interrogo cum Diuo Anguſtino: vnde moueantur ad negandam ſcientiam, dummodo in re habentur veritates? Mouentur, dicent, ex definitione Zenonis: nempè *tale viſum comprehendi, & percipi poſſe quando cum falſo non habent ſigna communia*. Ex hac igitur Zenonis definitione deducis nullam cognoſci poſſe veritatem, quia omnis veritas habet ſigna communia cum falſitate; ſed reflecto. Hæc eadem definitio Zenonis, vel habet ſigna communia cum falſitate, vel non?

Argumēto Auguſtini conuincuntur ad hominem Medij, & Noui Academici.

non? ſi habet; ergo nec illam percipis, nec vt principium aſſumere potes, adeoque oſtendis eam etiam ipſam falſam eſſe poſſe, quod eſſet Scepticorum ſententiam cum tua confundere. Si non. ergò vnde à percipiendo ipſius veritatem impediaris nō habes. Hoc in terminis confirmat Auguſtinus libro citato. *Vtar complexione ſecuriſſima, aut enim vera eſt, aut falſa, ſi vera benè teneo: ſi falſa poteſt aliquid percipi etiam ſi communia habeat ſigna cum falſo.*

41 Sceptici nunc impugnandi ſunt, (etſi vtpote ab omni Philoſophia homines auertentes, quàm adepturi per inſipientiam, & ſapientiam promittebant, nulla impugnatione digni.) Ex quo principio principium deſumet argumentatio, ſi nullum agnouiſſe principiū gloriabantur? nec ipſum ſcire,

vera Scepticorum impugnatio eſt ipſorum ſententiam exponere.

Digitized by Google

re, nec ipſum neſcire ſcire, certum, vel probabile erat? & perinde quaſi ſine intellectu eſſent, intelligere quæ intelligebant ſimul negare, & affirmare non verebantur. Interrogetis Scepticos. Eſtis vel non eſtis? nec quod ſimus, vel non ſimus ſcimus; ſcitis ergo, quod neſciatis eſſe, vel non eſſe? hoc idem reſpondent, nec ſcimus, nec neſcimus. Petatis: quodlibet eſt, vel non eſt! Reſpondent neque eſt, neque non eſt. Nonne videtur eſſe ſufficiens Scepticorum impugnatio propriam ipſorum ſententiam exponere? Certè quis, diſcurſus capax hoc intelligens non inficiaretur? At ſi ex hoc capite impugnabiles ſint Sceptici, qui intelligentes non intelligunt, nec vllum principium per ſe notum admittunt, quod neceſſarium aſſumi debere in quocunque diſcur-

ſu, tamquam indubitatum omnes concedunt, ſaltem ad hominem contra ipſos arguam:

Sceptici ſaltem negare nõ poſſunt aliquod ſimul eſſe, & non eſſe impoſſibile eſſe.

42 Ipſorum fatuitas in omnibus delirans, aliquo (vt ita dicã) gaudet interuallo, quo nonnulla, vt vera concipiat, & hæc ſunt quæ ſub animi cadunt experientia, nempe dolor; delectatio, & ſimilia. Iſta igitur per ipſos vt certa, ac vera concipiuntur, adeoque ita ſunt, vt non poſſint ſimul non eſse. Tum ſic. Cognitio illa, qua cognoſcis habere dolorem, delectationem, &c. vel eſt certa, & eſt; vel neque eſt, neq; non eſt: vtique dicent eſse, & verè eſse. benè. Iſta cognitio ante dolorem nõ erat, adueniente dolore eſt; ergò ab aliquo eſt; & hoc, à quo eſt, non poteſt ſimul eſse, & nõ eſse, aliter & cognitio eſset, & non eſset quod negaſti, ergò datur hoc principium

quod

quod ſis, & falſum eſt quod non ſis. Dolor ipſe deinde, antea non erat, quia ſub animi tui experientia non cadebat, & nunc eſt, ergò ab aliquo eſt, quod eſt, & non ſimul eſt, & non eſt. Et ſic ſi diſcurramus multas, & multas cognitiones diuerſorum effectuum, & cauſarum inueniemus; ergò, & Sceptici ipſi in uanum ſcientias garriunt, dum, uelint nolint ipſaſmet ſcientias ex ſuis ijſdem principijs concedere tenentur. Nugæ ſunt, dicta puerilia, inſubſiſtētia Scepticorũ dogmata: ac ex illis inferatur dumtaxat maxima Sapientium illius ſæculi ſtultitia, & quantum à ueritate abſint, qui Religionum ueritatem omnibus coruſcantem ineptijs oſcitantium Academicorum, & Scepticorum obtenebrare nituntur. Inuenibilis ergò eſt ueritas in genere, adeòque ex hoc capite nil obſtat quin

Cōcluditur veritatis inuenibilitas.

inuenibilis ſit uera Religio, etſi in probanda uera Religione nunc occurret factioſus aliquis opponens uel Academicam, uel Scepticam inſipientiam, quæſo ne Philoſophos ad conuincendos, Medicos uocetis ad ſanandum, & iſti neruo, & albo helleboro ad medendum utantur,

III. PROPOSITIO.

Vna ſola Religio nõ omnes ſunt veræ, hinc quænã ſit vera ſedulò expendendum eſt.

Pythagoræ exponitur error de cõmuni Religionum veritate.

43 SVrrexere in ore faruorum Pythagorici. Hi vltra rranſmigrationis animę errorem, de quo notantur, etſi confuſe à Diuo Auguſtino *libro primo Retractationum*, Religiones omnes? viciſſim contrarias, & pugnãtes, ſimul veras eſse contendebant. Huius conditionis nunc ſunt dicentes, quamlibet Religionem ad ſalutem ſufficere; idcircò quæcumq; ſit, quæ vel ex circumſtantia natiuitatis, vel ex doctrina parentum occurrit, ſine alio examine tenenda eſt. Fruſtra ergo inter omnes veras Religiones vera Religio

quæ-

quæritur, vnam ad placitum accipe, illa vera eſt, accipe aliam, alia vera eſt, & ſic de ſingulis. Certè ſi res ità ſe haberet, ridiculum prorſus foret veram Religionem quærere. Error iſte ſatis hac ætate communis fundatur in eo, quod ex eodem principio vnus vnam, alius contradictoriam inferat concluſionem. Ex quo deducunt nullum in ſe verum eſse, ſed tale apparere. Sicuti quia quod vni videtur dulce, alteri apparet amarum, inferri non poteſt aliquid eſse in ſe amarum, vel dulce, ſed tale apparere. Ita Sanctus Auguſtinus *libro* 3. ſolito ſe acumine explicat, & Ariſtoteles *lib.* 4. *metaph.* At hoc principium inualidemus.

Impugnatur primò, quia in materia de Religione ex eadem cauſa inferri non poſſunt duo contradictoria.

44 Primò: ex eadem cauſa, in materia de Religione, duo contradictoria, quæ ambo ſint vera, inferri non poſſunt, neque in ſe, neque appa-

ren-

renter reſpectu eiuſdem intellectus in ſenſu compoſito; nam motiuum, per quod apparet vera vna pars cõtradictoria, infirmat motiuum, per quod apparet vera alia pars contradictoria, cum æquè ſint cõtradictoria motiua, ac concluſiones, circa quas illa verſantur; ergo idẽ intellectus vni, & alteri aſsẽtiri ex apparentia veritatis impoſſibile eſt. Exemplifico Doctrinam in Religione Chriſtiana, & Mahumetana: occurrant mihi duæ Religiones, quarum vna aſserat: *Nõ mœchaberis*, altera verò *mœchaberis*. Vel rationes ambarum perſuadent, vel non. Si non; ſumus extra controuerſiam. Si ſuadent. certè non poteſt eſse eadem ratio, quia aliter eadem ſuaderet, & non ſuaderet: Si ſunt duæ, vna ex ea parte, qua ſuadet mœchari, ſuadet falſum eſſe non mœchari, & alia ex

qua

Digitized by Google

qua parte conuincit non mechari, ſuadet falſum eſse mechari, adeoque non minùs incompoſſibiles mihi ſunt rationes, quàm concluſiones; vndè ad ſummùm nihil aliud efficere poſſunt, quàm cauſare, ſeù impedire actum, & circa vnam, & circa aliam concluſionem, per quam ſuſpenſionem remanet dubius intellectus vtrum vni, vel alteri aſſentiat, & niſi habeat ſuperabundantem rationem vnius præ altera, numquam dicet, Chriſtiana eſt vera, nec Mahumetana eſt falſa, & è contra, ſed ſolùm dubius remanebit vtrum ſit vera, vel falſa.

Secundò, quia vna tantùm Religio eſt à Deo reuelata.

45 Secundò omnis indagatio veræ Religionis procedit ex ſuppoſitione exiſtentiæ veræ Religionis, & Dei, circa quem Religionis cultus verſatur, ac etiam ex ſuppoſitione Dei reuelantis ipsā Religionem verām eſſe à Deo reue-

reuelatam, & deinde inquiritur quænam ſit reuelata ex illis, quæ circumferuntur. Peto nunc à Pythagoricis iſtis, ſupponũt ne omnes Religiones eſſe à Deo reuelatas, vel vnam tantùm eſſe à Deo reuelatam? Si vnam tantùm, etiamſi deinde omnes Religiones appareant veræ, non ideò ſequendæ ſunt, quia apparentia veritatis poteſt ſtare cum hoc, quod non ſit reuelata à Deo, & aliundè illam ſequi oportet, quæ eſt reuelata à Deo. Quod ſi dicas omnes Religiones eſſe reuelatas à Deo; ergo Deus Reuelaret duo cõtradictoria, e. g. Chriſtum eſſe Deum, Chriſtum non eſſe Deum, quod repugnat perfectiſſimæ diuinæ veracitati, & bonitati, per quas nec poteſt non verum reuelare, nec falſum vt verum proponere.

46 Tertiò ſi omnes Religiones vt æquè veræ æquali-

Tertiò, Poſſet quiſque nouam fingere Religionem, & ſine ſcrupulo tenere

liter recipi poſſent, etiam ad libitum poſſet quiſque fingere Religionem diuerſo cultu, præceptis, ac myſterijs, quàm ſint omnes adhuc cognitæ Religiones, & illam, vt veram ſine ſcrupulo tenere. At ſupponamus Religionem fictam eſſe huiuſmodi; primò nullum dari Deum, in Cælo ſolummodò Rempublicam quamdam hominum eſſe, quibus placendi gratia omnes conformari debemus, ac eorum obſeruare præcepta, inter quæ eſſent Regi non obedire, homines inſociabiliter viuere, tranſacto anno trigeſimo tertio fęminas occidi, & ſimilia; vtique Religionem ſic fictam amplecti poſſemus, vtpotè non minus veram, ac contradictoriam concedentem Deum, ac oppoſita proponentem Myſteria, & præcepta.

47 Reſpondebis poſſe teneri quidem, ſi habebit eadem

Digitized by Google

dem ſigna veritatis, ſeù quod idem eſt, ſi apparebit æquè vera, ac illa, at ſi nõ apparet æque vera, teneri nefas eſt. Benè: igitur nõ aſſumis omnia, vt æquè vera, ſed loqueris conditionatè, ideſt ſi ſunt, & apparent æquè veræ. Hoc totum libentiſſimè concederem & ego; quod ſi Religiones æquè apparerent mihi veræ, omnes apparenter eſſent veræ; ſed hoc in praxi eſt impoſſibile, quia numquam Religiones apparebũt æquè veræ, (nam præterquã quod, vt probat argumentũ ſecundum, ſi apparerent æquè veræ, intellectus remaneret dubius) quia vna Religio sẽper debet alias in veritate excedere, vt videbitur ſuo loco, cum Diuinæ Prouidentiæ incumbat dare nobis ſignum diſcernendi veram Religionẽ in ſe, à falſa in ſe; nec eodem modo diſcurrere licet circa alias veritates naturales, circa

Implicat Religiones æquè veras apparere.

quas

quas tranſeat dari poſſe cognitionē probabilē in eodem intellectu, numquam tamen dari debet de duabus contradictorijs Religionibus.

Stante obligatione ad verā Religionē fortiter conuincūtur Academici.

48 Vndè formo argumentum ineluctabile (quicquid ſit pro nunc an idem intellectus poſſit verſari per cognitionem probabilē circa duo contradictoria) ſtante obligatione tenēdi veram Religionem implicat Diuinæ Prouidentiæ facere, vt æquè mihi appareant veræ, omnes Religiones; ergo neceſſariò vna debet apparere magis vera, ac alia. Antecedens liquet; ſtante obligatione, implicat Diuinæ Prouidentię non dare mihi ſignū diſcretiuum verę à falſa; ergò implicat eidem Diuinę Prouidentiæ facere, vt ęquè mihi appareant verę. Hoc argumentum inferiùs, probata Dei exiſtentia, ac eius infinita Prouidētia, fuſiùs exponetur.

49

Digitized by Google

49 Quę hucuſque dicta ſunt lumine naturę percipiũtur, & ſatis rationes conuincunt. At oppoſitum ab Aduerſarijs affirmatum, neſcio vndè prȩſumant. Aſſerenti incumbit onus probandi. Dicunt omnes Religiones eſſe ęquè veras: Nos è contrà vnam veram, aliam falſam, Experientia firma eſt, nec in Myſterijs ipſis, nec in ſignis, quę credibilitatis vocant, Religiones ęquiparari; niſi dicas probabilitatem ſumendã eſſe ex placito, quia nempè ita tibi magis conſonum eſt, magis proprium, magis inclinationi adhęret, & ſimilia, quod idem eſt ac recurrere ad inſtinctum concupiſcentię, ſeu naturę deprauatę exigentis Religionem hominibus accommodari, non homines ſubiectos Religioni, quod abſurdiſſimũ eſſe cœci viderent.

Niſi recurrant ad inſtinctum, gratis errorem aſſumũt Pythagorici.

50 Dices, non eſt Religio

gio

Infringitur eorum reſponſio.

gio vbi non narrantur miracula, prodigia, &c. quę ſufficientia ſigna ſunt veritatis; ergò non eſt Religio, quę non ſit vera. Non tenet cõſequentia; ex eo quia enim narrantur miracula, non ideò vera ſunt; quod colligitur ex alijs conſignis in capite peculiari tractandis, vbi comparabimus ſimul Religionum ſigna, & ex terminorum apprehẽſione extirpabitur error de ęqualitate ſignorum. Pro nunc ſatis eſt, vt ſe remittãt ad hoc examen maioris probabilitatis, & concedant abſolutè præſcindendo à tali, vel tali Religione, quod Religiones non poſsunt eſſe æquè verę, ſed una neceſsariò eſt uera, aliæ falſæ, adeoque nos teneri ad quærẽdam ueram, & non illam, quæ magis conſonat, & placet.

51. Sunt alij, qui ex alio capite inuenibilitatem Religionis negant, quia ſcilicet omnia

nia in continuo ſunt fluxu, & mutatione, idcircò ſicuti impoſſibile eſt partem aquæ rapidiſſimi fluminis ſignare, & ſupra illam contemplari, quia cum ſecundò ſignare uolumus, iam tranſijt; & non eſt, ita quia res in quocumque inſtanti mutatur, & diuerſa, ab eo quod anteà erat, in ſecundo inſtanti exiſtit, implicat de rebus ſcientiam haberi, cum iſtius obiectum immutabile, & æternum eſſe debeat. Fuit olim iſta opinio Heracliti, & Cratyli, qui ineptiere, ut nihil uerum dicatur eſſe, nec ipſum hoc liceat pronunciare, quia dum pronunciatur deſinit eſſe, quod erat, & aliud eſt; hinc cum aliquid exprimere uolebant, intolerabili affectione digitum mouebant, timidi ne pronunciationis interuallo ante uerbi abſolutionem elaberetur, non aduertendo, quòd nō minus in motu digiti,

Exponitur sẽtentia Heracliti, & Cratyli, ac impugnatur.

giti, quàm in pronunciatione uerbi priùs, & poſteriùs temporis habeatur. Hæc ſententia ſeipſam arguit falſitatis, nec eſt ut de illa curemus, uaticinari potiùs Sectatores oportet, modum huiuſmodi philoſophādi facillimam eſſe uiam ad perfectā ipſorum amentiam comparandam, ſicuti & comparauit Cratylus, ſi Ariſtoteli credendum eſt.

IV.

Digitized by Google

IV. PROPOSITIO

Veritas Religionis non diiudìcanda eſt per genituras ex aſtris.

52 CArdanus Aſtrologię, vt ipſe iactatur, ſolus ſapiens, qui & genituras Religionibus facere auſus eſt, ac ante ipsũ Abraham princeps, cuius auditor fuit Abraham Auenazza, ſicuti & Albumazar Arabs, inuerecundè veritatem Religionis aſtrorũ coniunctionibus adſcripſere. hinc quo maior, ac plenior fuit coniunctio, maior quidem, & vberior Religio. Chriſtũ ergo, vel Mahometum, vel Moyſen nouas leges inſtituiſſe dicunt, quia coniunctio tunc extabat Iouis, & Saturni in Scorpione: credi ne potuerat de humana fatuitate maius delirium?

Affertur Aſtrologorum ſẽtentia circa veram Religionẽ.

D quid

quid remotius, quid diſparatius, & magis inconnexum à veritate Religionis puerili Aſtrologica facultate? quomodò enim cum reuelatione voluntaria, quæ fundatur in ſignis, portentiſque humanā excēdentibus facultatem, à Deo vt Authore ſupernaturali operatis, connecti poteſt aſtrorum influxus naturalis, qui nec cum naturalibus ipſis cohærentiam habet? Ad ipſorum patefaciendam amentiam ſic ad hominem cum ipſis diſcurro. Vel dicitis omnes Religiones actu exiſtentes, eadem figuratas fuiſſe coniunctione, vel diuerſa; ſi eadem, non eſt, vt veram præ falſa inquiramus; nam cum earum veritas ex coniunctione proceſſerit, & eædem earum ſunt coniunctiones, eædem erunt veritates. imò ſi eædem fuiſſent coniunctiones, eaſdem ſpecie Religiones, ac Prophetas

Impugnantur ineluctabili ratione.

tas indicaſſent; adeòque & Moyſen,& Chriſtus,& Mahometus idem prorsùs dixiſſent, nihilque innouaſſent: nam eadem ſpecie præexiſtẽte cauſa, idem ſpecie inuariabiliter habebitur effectus. Si ſecundum dicunt, nempè diuerſas fuiſſe coniunctiones; peto; ex his coniunctionibus quænam veram indicat Religionem? Dicet Cardanus Mahometanam. benè: vnde habes, quod illa coniunctio, nempe Iouis, & Saturni in Scorpione indicet Religionem veram? certè aliam rationem aſſignare non potes, niſi deductam ex experientia; quia nempè in illo ſigno ſemper fuit Religio vera; ſicuti quare dicis Petrum ex genitura ſua eſſe Regem? non ex alio capite, niſi quia in eadem genitura nati ſunt alij Reges; ſed quæſo aſſigna alias Religiones, ex quibus collegiſti ſignum illud

indicare veritatem Religio-
nis? & ne vltrò progrediaris, aſſigna primam in illarum numero; & ſit ex. gr. Religio A. Hæc Religio, quæ eſt metrum cæterarum, non dicitur eſſe vera, quia eius genitura eſt in dato ſigno; ſed è contra datum ſignum dicitur à te indicare Religionem veram, quia hæc Religio A. quæ ſub illa fuit coniunctione in ſe eſt vera; ergo veritatem Religionis cognoſcis independenter à coniunctione; ergo ſiuè coniunctio influat, ſiue non influat, aliundè quærenda eſt ueritas Religionis. Huic argumento, meo iudicio efficaciſſimo, non habent ſtultiſſimi vt reſpondeant; idcircò ad eorum euellenda fundamenta ſatis eſſet. At ne glorientur ſaltem veri vmbram aſtrologico diſcurſu inueniſſe, præterquamquod huiuſmodi ſcientiæ inualiditas concludatur, quia nec ipſi

ipſi ſciunt, an ex conceptione, an ex natiuitate deſumenda ſit hora coniunctionis, nec in eadem hora moraliter inuenibilis ſit minutum, uel natiuitatis, uel conceptionis. Tum quia tot Reges ex hæreditaria ſucceſſione nec habuerunt eandem coniunctionem, imò veriſimile eſt, quod in eodem puncto generationis, vel natiuitatis Regis e.g. Hiſpaniarum, nati, vel concepti ſint plures, & plures homines, qui nec Regnum, dominiumue ſortiti ſint. Tũ quia in Monte Stellæ trecentum mille milites Baiazethi Turcharum Imperatoris ætate, moribus, ac fortuna diuerſos eodem die ſub Tartarorum gladijs occubuere, quos eandem coniunctionem habuiſſe ſtellarum, haud concipi poteſt; præterquamquod, dixi, per has, & ſimiles rationes vanitas concludatur ſcientiæ, nec etiam ſi omnia

 illa

illa inueniri facilè poſſent, ſicuti autumant citati Authores, nullam utique cum Religionibus, aſtrorũ cohærentiam probarent. Quòd dilucidè oſtenditur diſcurrẽdo circa ea,quę in particulari dixere. Et quidem de Cardano non curo; ipſe enim veteribus Aſtrologis inſanientibus furorem, ac rabiem addidit,in re aliorum dicta recitauit; idcircò ſufficit & Abraham, & Albumazar oppugnare.

Ex falſitate prædictorũ ab Abrahami Aſtrologi blaſphemia vera Religio vindicatur.

53 Et primò Abraham Magiſter Abra am Auenazra apud Ioannem Picum de Mirandula libro 5. contra Aſtrologos capite 12.aſſerit, natiuitatem Moyſis fuiſſe ſub copulatione Saturni, & Iouis, quæ influxit & Regnũ Iſrael, & legem Iudæorum. Facta deindè quadam ſupputatione, innuit poſt duo mille octingentos quinquaginta nouem annos eandem con-

coniunctionem, idcircò prædixit futurum ex illa Meſſiã Prophetam ſimilem Moſi, qui ab omni captiuitate populum liberaret. Videamus nunc ex euentu huius ſuperſtitioſiſſimi Aſtrologi ridiculum diſcurſum. Prædictio illa iuxtà annum dictum contingere debuerat anno Chriſti 1464. in eo anno verè Saturnus, & Iuppiter coniuncti fuere in piſcibus, & per viginti antè alios 1444 & Iuppiter, & Saturnus fuerunt in Cancro, & tamen à ſecunda coniunctione elapſi ſunt anni 219. & a prima 239. nec Regnum redijt, nec Meſſias venit, nec alium Prophetam, vel Legislatorem coniunctio illa nobis attulit; imò idem Picus teſtatur. *Non minoribus fere poſt ea tempora calamitatibus obruta eſt gens Hebræorum, quàm aut ſub Tito, aut ſub Adriano, pulſis nupèr Iudæis omnibus ex tota*

Hiſpania à Chriſtianiſſimo illo Rege nunquam ſatis laudato, & multi naufragio, multi peſtilentia periere.

Ex eodem conuincitur Albumazar, quia falſam aſſignat coniunctionem

54 Secundò Albumazar natum fuiſſe Ieſum, nugatur, prima facie Virginis aſcendente; Fabulatur deindè id, quod neque Ptolomeus, vel alius ex antiquis vnquam inuenerit, *nempè ibi fuiſſe Virginem formoſam tenentem manu duas ſpicas, ac puerum, quem Gens vocat Ieſum, nutrientem*. Fabulæ certè, & Arabum figmenta. At videamus, ſi Ieſus Virgine aſcendente natus ſit. Eius ortus fuit ex Eccleſiæ traditione media nocte, hinc naſci non poterat in facie Virginis, quæ fuit per duas fermè horas ante mediam noctem. Secundò falſitatis arguuntur alij, volentes natum Chriſtum fuiſſe in tertia parte Libræ, quia in media nocte decima pars Libræ horo-

roſcopum occupabat. Eſt blaſphema aliorum tertiò in genitura Chriſti fuiſſe Martem in domo mortis, indicantem Crucis illius ſupplicium futuram, quia Mars nō poterat eſſe in eo loco, niſi faciamus Virginem horoſcopum. Dicent forſan, ſi Mars in domo mortis non fuit, collocare debemus in occidente, vbi etiam mortis pericula minitari omnibus in confeſſo eſt. At ex ipſis Aſtrologiæ principijs haud deducitur: quia infortunium Martis, vt Aſtrologi docent, minuitur primò, ſi nocturna fuerit genitura; ſecundò, ſi Mars in domo, aut finibus, aut ſua altitudine fuerit; tertiò, ſi fuerit in octauo loco inuentus, vbi verè exprimit mortem, ipſi reſtituitur per benignitatem Iouis; quartò, ſi Mars ipſe fuerit in horoſcopo, & horoſcopus ipſe in domo Iouis, aut Veneris, quæ

Digitized by Google

ſtella proſpera ſe Ioui radiãte coniungat: ergo etiamſi Mars fuerit in Occidente, vbi pericula mortis minitatur, non ideò hæc eadem pericula Chriſto naſcenti fert, propter ſimul verificatas exceptiones: nam primò Ieſu nocta natus eſt; ſecundò Mars erat in Ariete, ideſt in ſuis laribus; tertiò horoſcopus erat Libra domus Veneris peculiariter à Ioue illuſtrata; quartò Venus in Aquario conſtituta amicè Trigoni radijs coniungebatur: quintò Luna noctis imperatrix erat in Tauro, hoc eſt in ſua ſublimitate, & luminibus aucta. Et citatus eruditiſſimus Picus obſeruat, quòd in illo loco octauo gaudet fęliciſſimo Solis conſpectu, ac apud Venerem hoſpitabatur, non infectata radijs Martis, ac Saturni, nec ipſius vinculo ſocietatis colligata. Cocludamus ergo cum eodem Pico:

Obla-

Oblatus eſt, quia ipſe voluit, non quia eum Cæli furor, ad ſupplicia Crucis impegerit. Nullam, cum voluntate redimendi, cauſam habuit coniunctio cæleſtis, nec enim ipſum Cælorum, ac Sydetū authorem dominari à creaturis decens, congruum, & poſſibile erat; & ſicuti gratia, dona Spiritus Sancti, quæ media ſunt ad animæ ſalutem, cum natura connexionem non cognoſcunt, ſed originem à Deo vt authore ſupernaturali immediatiſſimè habent; ita eorum aduentus in animam, ac opera per ipſa ab anima prouenientia, à cauſis naturalibus non indicantur. Inueniant, quæsò, Aſtrologi in natiuitate Lazari, eius reſurrectionem, Paralytici ſanitatem, Magdalenæ pœnitentiã, Latronis conuerſionem, miraculum vini in nuptijs Canæ Galilææ, & ſimilia, quæ ſupra omnem naturam fuere.

Effectus ſupernaturales a coniunctione ſtellarum naturali non pendent.

Inueniãt deindè coniunctionem legem naturalem indicantem, quæ fermè per duo mille, & tot annos apud homines viguit, quibus temporibus ſinguli ex cordis dictamine erant ſibi ipſis Lẽgislatores. forſan dicent in innumeris hominibus eandẽ fuiſſe coniunctionem?

Nec ſui Mahumetis aduentũ in aſtrorũ coniunctione inuenit.

55 Tertiò idem Albumazar in eodem ſui Mahometis aduentu falſus deprehenditur. Aſſerit Legem Saracenorum à Mahumeto promulgatam, à coniunctione Iouis, & Saturni, quæ fuit in Scorpione per annos duos, proceſſiſſe. Sed primò confutatur experientia, quia haud verificata ſunt mirabilia, quæ ſuperſtitioſus Albumazar prę dixit; ſecundò poſt annos 20. Saturnus ſemper, & Iuppiter congreſſi ſunt, nec indè venerunt Prophetæ Mahumeto ſimiles; tertiò ſæpè aliæ ſimiles coniunctiones ve-

venerunt, imò efficaciores, præcipuè anno ſalutis 1065. Iuppiter, & Saturnus fuerunt ſimul mutata etiam triplicitate, & Mars in eodem anno per corpus illis applicuit in eodem ſigno, nec vllam vidimus nouam Religionem. Tũ quia ab alijs iam falſificatis euentibus dignoſcuntur horum nebulonum mendacia; dicebant enim anno Domini 1345. ob coniunctionem triũ ſuperiorum ſyderum in Aquario, & anno 1464. ob Iouem, & Saturnum in Piſcibus Meſſiam, vel Antichriſtũ futuros, quos minimè eueniſſe experientia comprobauit,

56 Hac etiam occaſione non otioſum exiſtimo Rogerium, Bacconem, & Aliacenſem temeritatis conuincere, quia ex leuibus indicijs ſex tantùm Religiones, nec alias eſſe poſſibiles firmant. Dicunt Iouem ſignificare Religio-

Impugnantur Rogerius, Bacconus, & Aliacenſis.

gionem, diuerſam verò ex diuerſo cum alio ſydere cõplexu; & quia ſex ſunt ſydera, cum quibus Iuppiter coniungi poteſt, ideò ſex reſultabunt coniunctiones, & cõſequenter totidem erunt diuerſæ Religiones, nec plures, nec pauciores. Numerant deindè coniunctiones: Prima Iouis cum Saturno, & ex hac habetur Religio Hebræa. Secunda Iouis cum Marte, & ex hac Chaldæa, proponens ignis adorationem. Tertia Iouis cum Sole, & ex hac Ægyptiaca Religio, præcipiens ſyderum adorátionẽ. Quarta Iouis cum Venere, & ex hac Saracena, habens pro fine coitum, & gulam. Quinta Iouis cum Mercurio, & ex hac Chriſtiana, quæ multum eloquentia gloriatur, ac myſteria perdifficilia captu cõtinet. Sexta Iouis cum Luna, & hæc erit Religio Antichriſti futura;

57 Hoc eſt illud magnũ Aſtrologorum figmentum, quo & ſanas adhuc mentes decipiunt, & peruertunt Sed primò totum diſcurſum naturali ratione euerto; deinde aſtrologica. Primò coniunctiones illæ ſex numeratæ vel indicant Religiones ſpecie diuerſas, vel numero; ſi ſpecie, Chaldæa, & Ægyptiaca non erunt duæ, ſed vna & eadem, conſequentèr non ſex, ſed quinque complebuntur coniunctiones. Si partim numero, partim ſpecie, innumeræ quaſi deberent eſſe coniunctiones; nam ſub Saracena habentur varia membra. Sub Chaldæa, vel Ægyptiaca multa, & multa ob diuerſitatem Deorum. Maiora ſub Chriſtiana ob hæreticorum diuerſis temporibus oppoſitam promulgatam doctrinam. Quòd ſi reſpondent, Religiones ab hæreticis propoſitas contineri ſub Chriſtia-

Sibi ipſis contradicunt.

ſtiana, ſicuti & ſub Saracena variȩ illæ Mahumetanorum: dicant quare Chaldȩa, & Ægyptiaca nõ continentur ſub vera Religione? Adde Picum de Mirandula locis citatis illos redarguere, vtpotè malè peritos, quia cultus Cȩleſtiũ proprius erat Chaldȩorum; vndè neceſſe eſt, *Vt diabolicũ aliquem Planetam iterum procurent Aegyptijs*.

58 Secundò, quarè Iuppiter cum Saturno Iudeorũ legem, non potiùs Chriſtianam indicat? cùm Saturnus omnia auferat bona corporea, reddat Sectatores Religionis pauperes, ignobiles, ſolitarios, heremitas, quæ nõ haberi in lege Moſayca cõpertum eſt, vbi omnia bona promittebantur ſenſibilia, vt ſeminis multiplicatio, frugum vbertas, abundãtia, &c. Sectatores prȩcipui erant Reges, exercituum Duces, Iudices, vt Abraham, Moyſis, Ioſuè

Deſtituti ratione ad placitum diſcurrunt.

Ioſuè,&c.adeòque potiùs Saturno Chriſtiana eſt concedenda, quæ & pauperes habuit Sectatores, & pauperem ipſum Chriſtum Legislatorem, nec alia, niſi ſpiritualia bona promittit. Dices: Hæbrei dicti ſunt Saturnij propter cultum Sabati, & nos Solarij propter cultum Dominicæ. Sed ſibi ipſis contradicunt,quia Solem concedebāt Aegyptijs, & Chriſtianis Mercurium, cuius opinionis eſt etiam Albumazar, idcirco ſi Religiones ex ferialibus diebus diſtinguunt, oportet, & Chriſtianos feriari diem Mercurij, non Dominico, & Ægyptios dieDominico. Replicat Rogerius apud eundem PicumChriſtianam meritò retuliſſe ad Mercurium, quia multiplices, & cognitu difficiles ſunt motus Mercurij; benè igitur iſti aptatur ChriſtianaReligio, cuius dògmata cognitu,& inuentu ſunt dif-

difficillima. Tum quia Mercurius Deorum Librarius eſt, magna abũdat Librorũcopia ChriſtianaReligio; iure ergò Mercurialis nominatur. Et quis non videt iſtorum cæcitatem? ex ridiculis, & leuiſſimis coniecturis inferunt arcana incompræhenſibiliaReligionis. Libris abundarunt Arabes, Hebræi, Chaldæi, Græci, nec eorum Religio erat Mercurialis; dicam ipſis quod, & Ariſtoteles contra Platonem: *Valeant Ideæ, quia cantilenæ ſunt*, ideſt vt vertit Boetius, *quia monſtra, & portenta ſunt*; valeant dicam Ideæ Aſtrologorũ, quia verè Monſtra, & portenta ſunt & caueant ne tantùm Aſtrologiã magnificent, quaſi cum Religione negotiũ habeat, quia ab hoc ſolemni errore ibunt in ſuperſtitionem, & ab hac paulatim ruẽt in infidelitatẽ.

59 Ad rationem nunc Aſtrologicam accedamus: Vndè

Vndè Aſtrològi ſomniarunt illas ſupra narratas coniunctiones fuiſſe in Religionum ortu? quot natiuitates, vnica habebit Religio? non ne, & ipſi dixere primò cum Abraham Aſtrologo, Moyſen natum fuiſſe in coniunctione Saturni, & Iouis ſimul in piſcibus? ſecundò Chriſtum natum fuiſſe in facie Virginis, Alij natum in tertia parte Libræ. Tertiò Maumetum natum in coniunctione Iouis, & Saturni in Scorpione, & hæc erant Abraham, Albumanaſar, & aliorum afferta ſupra à nobis ſufficienter impugnata? Vndè nunc alias deſumpſere coniunctiones? forſan, vt ipſis libet, mouentur ſydera, ac coniunguntur? vnam certè obtinuit coniunctionem vel Moſaica, vel Chriſtiana, vel Maomethana Religio; quod ſi hæc vna conformis non inuenitur, indicium eſt Religiones aſtris non ſubijci.

Nouas iuxta nouas difficultates fingunt coniunctiones.

bijci. Quod ſi ad conforman-
dam fingunt iuxta exitum,
& effectus cauſam, hoc idem
eſt ac Religionem indicare
aſtra, non aſtra Religionem.
Inferamus ergò à primo ad
vltimum ſcientiam Aſtrolo-
gicam, & ſi nihil in ſuo iure
labefactatam, adhuc cum
materia de Religionis veri-
tate, ſphæram Naturæ ex-
cedentis, nulla prorsùs gau-
dere connexione.

Digitized by Google

V. PROPOSITIO.

Illegitimus eſt modus veram Religionem iuueniendi per Myſteriorum examen.

60 SI ſemel ad trutinam veritatis myſteria ipſa in vèra Religione contenta ponere quis uoluerit, certè ad id, quod tantopere deſiderat, nunquã perueniet; prouidentia enimdiuina non quæ Religionis ſunt nobis ad ſciendũ dedit, ſed ad credendum; ergò eius iuſtitiæ competens fuit lumen præbere ad ſciendum motiuum, vt myſteria credamus, non ad ſciendum mòtiuum, vt myſteria ſciamus. e. g. Diuina Prouidentia reuelauit nobis Trinitatis arcanum, non ut illud ſciamus, ſed ut credamus; ſolum ergò nobis ex ſuo munere media præſtare te-

Diuinæ Prouidentiæ eſt dare motiua ad credenda, non ad ſcienda myſteria.

tenetur ad ſciendum motiuũ per quod Trinitatem credamus. Hoc ueluti primùm Dogma in materia de Religione firmari debet, & quidem utiliſſimum, ſine quo forſan, & propter uitæ breuitatem, & obiectorum ſupra naturales potentias exceſſum & propriæ temeritatis debitam punitionem, inuentu impoſſibile erit uera Religio:

Si Religio per examen myſteriorum quæreretur non eſſet iuuenibilis.

61 Non inficior aſſumptum comprobare, incipiendo ex eo quod ſi Religio examinari deberet per myſteriorum rationes, ac eorum, vel probabilitatem, vel euidentiam, vera Religio contra quod probandum erit de Diuina prouidentia, inuenibilis non eſſet, conſequenter cũ Academicis nullam ex illis, quæ circumferuntur veram eſſe, ac omnem falſam defendere liceret. Nam ſi ex Myſteriorum examine conſequi poſſet, maximè conſequu-

tos

tos fuiſſe hanc veritatem Sãctos Patres rationabiliter nõ eſt negandum. Atqui ipſi fatentur multa Myſteria intelligere ſe vnquam potuiſſe; ergò nec eorum veritatem percepiſſe. Ex præcipuis Sanctis Patribus affero teſtimoniũ omni exceptione maius, eorum nempe confeſſionem: Ipſi dicunt rationis diſcrimen inter Verbì, & Spiritus Sancti proceſſionem ignorare, &c. & temeritatis, inſaniæ, aç erroris eos accuſant, qui eadem Myſteria ſcrutari, vel inueſtigare præſumunt: innixi Iſaiæ 53. *Generationem eius quis enarrabit* & Matthæi 11. *Nemo nouit filium niſi pater, nec patrem quis nouit niſi filius* & Eccleſiaſtici 3. poſt medium: *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris*. Et ſecunda ad Corinth. 2. *Quæ ſunt Dei nemo nouit niſi Spiritus Dei*. Quod firmant authoritate Concilij Ni-

Sancti Patres ſcientiam Myſteriorum non habuerunt.

Digitized by Google

Niceni libro 2. propiùs ad medium, quàm ad finem: *Ne quæras ò Philoſophe alioquin ſtudes te præcipitem agere perſcrutari tentans quæ inſcrutabilia ſunt*. Incipit Alexander Alexandrinus epiſtola ad Alexandrum Conſtantinopolitanum collatione 4. & collatione 8. *Meo quidem iudicio ne in pijs numerandi ſunt, qui iſtarum rerum inquiſitionem intrare non dubitant.* Et per ly, rerum, hic veniebant Myſteria Fidei. Chriſoſtomus ad Hebræos 1. homilia 2. non procul à principio: *Dico*, inquit, *quod filius genuit ex ſeipſo, ſed neſcio qualiter intellectu hoc percipiam*. Innumeri alij ſunt Textus, qui videri poſſunt apud eruditiſſimum Ruiz diſputatione 5. ſectione 2. de Deo Trino.

Myſteria excedunt captum.

62 Tum ſic, ſi ex vi inditi luminis potuiſſet aliquis Myſteria Fidei diſcernere, ma-

maximè hoc Sancti Patres feciſſent; atqui iſti non potuiſſe fatentur; ergo communiter per examen Myſteriorum non eſt inuenibilis vera Religio. Accedit, quod omnes cognoſcunt Myſteria credenda excedere captum; ergò per noſtrum captum non poſſunt inueſtigari: ſed vera Religio debet inueſtigari per noſtrum captum; ergò vera Religio inueſtigari non debet per examen Myſteriorum.

63 Habent & Aduerſarij in promptu reſponſionem, nec de argumento curant vtpotè efficaciam à ſuppoſitione veritatis Chriſtianæ Religionis deſumēte; imò ex hoc ipſo, inquiunt, falſa eſt Religio Chriſtiana, quia eius examinando Myſteria intelligi non poteſt. Eſſet optimus modus ille arguendi cōtra fideles, non contra infideles. Præſcindatis ergo, di-

Niſi præſcindatur a veritate Chriſtianæ Religionis deludunt infideles argumenta.

cunt, à veritate cuiuſcumque in particulari Religionis, ac deſtruatis deinde propoſitionem hanc: Illegitimus eſt modus veram Religionem inquirendi per examen articulorum. Reſponſionem concipio, & fateor profundam eſſe, nec maiorem in hac materia excogitari poſſe arbitror; hinc rationem produco, quæ præſcindendo à veritate Chriſtianæ, vel alterius intentum conuincat.

Si Religio per examen myſteriorum quæreretur illa eſſet vera, quæ facilior.

64 Si per examen articulorum quærenda eſſet vera Religio, illa Religio tenenda eſſet vt vera, cuius articuli naturali rationi non aduerſarentur, imò quò conformior rationi, eò maius fundamentum veritatis haberemus. Ex hoc autem duo ineuitabilia ſequerentur abſurda, primum nempè me poſſe, & ſic diſcurrito de alijs, ſpeculari nouam Religionem, quam vt omnes ſi-

ne

ne ſcrupulo complectantur, ſatis eſt vt contineat aliqua pauca, clara, & facilia, e.g. ſi proponerem Religionem dicentem poſſe nos omnia facere quę magis placent, per hoc, quod factum cognoſcamus dependere à Deo tamquam noſtrorũ actuum Dominos, quia ipſe vtpote beatus perfectiſſimè, ac ſe ipſo contentus, hoc tantùm exigit à nobis, vt cognoſcamus ipſum, pleniſſimum habere Dominium creaturarũ. Hęc Religio, proponens ſolum cultum cognitionis, eſſet facilis, captu ſuauiſſima, proponeret, quod iuxta rationẽ eſt, non imperſcrutabile, & ininuenibile; ergo amplecti poſſemus, parùm, aut nihil curando, ſi ex Deo locutus ſim, ſi ipſo dictante, & reuelante propoſuerim, nam illa Religio eſt vera, cuius articuli naturali rationi non aduęrſantur: ita ſe habet ſu-

pradicta; ergò vera; Vera tenenda eſt, ergò, &c.

Vana reſponſio.

65 Dices: talis veritas quærenda eſt inter Religiones de facto exiſtentes, non inter Religiones exiſtentes, & alias inuenibiles; & quare, peto, inter Religiones de facto exiſtentes, & non inter alias inuenibiles? forſan alia inuenibilis non habebit conditiones Religionis? hæc cōſiſtit in præſcriptione cultus veri Dei, idcircò ſi quæcumque alia præſcribit hunc cultum, vtique erit Religio, an deindè vera, vel falſa, arguendum eſt ab articulorum examine. Et de facto nos, qui tuemur Religionem Chriſtianam vt veram, vt talem defendimus non ſolùm comparatione exiſtentium, ſed etiam quarumcumque inuenibilium.

Ex myſteriorū examine numquam concluderetur veritas.

66 Secundum abſurdum eſſet, inter Religiones de facto exiſtentes veram, vel in-

in-

Digitized by Google

inuenibilem eſſe, vel vnuſquiſque propriam vt veram poſſe tueri, nam e.g. ſit Chriſtianus, & Mahumetanus ambo diſcurrentes circa finem præſcriptum à Religione Mahumetana, nempe coitũ, & gulam; Chriſtiana viſionẽ Dei: ex vtraque parte fiant argumenta defendentia alia, deſtruentia alia, certè ſicuti euenit in diſputationibus cũ hæreticis, nec ceſſabit Chriſtianus in proponendo, nec Mahumetanus in defendendendo; vndè poſt multas elàpſas diſputationes nil concluſum erit, & æquè indubius quiſque remanebit pro propria. Hoc ſatis expertum eſt in illa tam celebri diſputatione de phyſicis prædefinitionibus coram Clemente VIII. in qua nec ceſſarunt argumenta vnius, nec alterius partis effugia, adeoque poſt longum examen, tutior, remanſit quiſque pro ſua; ergo

go vera hoc modo eſſet inin-uenibilis, etſi aliunde nullum aliud haberetur ſignum veritatis, ſi vtrique parti propria videtur vera, vtraque pars propriam ſine ſcrupulo ſequetur.

Omnes conueniunt, myſteria credi debere non ſciri.

67 Accedit, omnes in ſuis ſingulis Religionibus conuenire in hoc, quod ea, quæ proponuntur, credantur, minimè per ſcientiam examinentur. Ita proclamabat Gẽtilis, ita Hebræa, ita Chriſtiana, & Mahumetana, nec non harum omnium Hæretici nõ diſcrepant ergo in hoc principio, nempè quæ ſunt Religionis credi debent; conſequẽs inde eſt, vt conueniãt, veritatem Religionis non quærendam per articulorum examen, quia tunc quæ Religionis ſunt ſcirentur, non crederentur.

Quę creduntur nec probanda ſunt antea vt poſſibiila.

68 Replicabis, vtique verũ eſſe, cadere ſub fide Myſteria Religionis, ſed impedi-

ditur fides ab ipſorum impoſſibilitate; ſaltem ergo vt credantur probāda ſunt poſſibilia. Quod videre eſt in fide humana, quæ etſi in teſtimonio fundetur, iſti non credit, ſi difficillima proponit. Inſtantiam hanc optimè ſoluit Diuus Thomas *in 3. diſ.24. quæſt.2, art. 3*. ex quo in terminis veritatem omnibus notam deſumpſi, nempè dubitationem circa propoſitionem reuelatam oriri ex dubio veracitatis teſtificantis, vnde ad menſuram dubitationis circa veracitatem creſcit, aut minuitur dubium circa propoſitionem, & quia regulariter dubitare ſolemus de humano teſtificante, nos ad credendum ſemper inſpicimus quæ, & qualia dixerit, an poſſibilia, an abſurda, an cohærentia, & deindè credimus; idcircò fides humana innititur teſtimonio antecedenter com-

Digitized by Google

probato à cohærentia reue-latorum. E contra verò ſi certi eſſemus de veracitate, teſtimonij, ſtante tali iudicio, non eſſent diſcernenda teſtificata, quià ex diſcretione dubia teſtificatorum induceremur ad dubium de certitudine veracitatis. Deus ergò eſt veraciſſimus, de eo certi ſumus, nec falli, nec decipere; impium ergo eſt quęrere ab ipſo, ſicuti ab hominibus, rationem; idcircò aſſenſum fidei ab ipſo reuelatæ præcedere tantùm oportet examen reuelationis Dei nō Myſteriorum.

66 Verus ergò modus, ac legitimus inueniendi Religionem eſt penes cōnexionem cum reuelante, qua inuenta, abſque alio diſcurſu ſecundum eſſe metaphyſicum ex imperio voluntatis intellectus aſſentitur contentis. Alij modi vtpote illegitimi, & inconcludentes refutari de-

Nec probabilis myſteriorū cognitio ad credendū ſufficeret.

debent, quia ipſos nunquam expediet, nec quicquam abſoluet. Quod denuò cõuincitur, quia vox vna Theologorũ eſt, Myſteria fidei probari euidẽter naturali ratione nõ poſſe adeoq; obiectiones in contrarium, nec ſolui euidenter poſſe, & ſępè nec probabiliter euacuatiuè, ſed tantùm emollitiuè. Quod ſi probabiliter, certè ad probabilẽ reſponſionem replicare poterit denuò, & denuò Aduerſarius, vnde per multas, & multas diſputationes, ad minimum, ad punctum deciſionis non perueniremus, & cum magnò præiudicio, & iactura veræ Religionis hæc non innoteſceret. Tum quia ſi probabiliter pro vtraque parte fieret diſcurſus, vtique diſputans remaneret in propria ſententia, ſicuti euenire ſolet, vt dixi, in ſpeculatiuis quæſtionibus, quod aliunde eſt cõtra proprietatem veræ Re-

Digitized by Google

ſigionis, quæ faciliter inuenibilis eſſe debet, ac omnibus perſuaſibilis.

Recuſandæ sũt quæſtiones de Myſterijs ante fidem.

70 Sed dices: ſi Aduerſarius altercari cuperet de Myſterio Trinitatis, certè valdè irrationabile eſſet, controuerſiam effugere, quia ſignum foret improbæ cauſæ, vel ſaltem appareret noſtram Religionem defendi Mahumetanorum barbarie, controuerſias de ipſa prohibentium. quod ſi acceptes, facile erit aduerſario, conuincere apparantem articulorum irrationabilitatem, & deindè etiam reuelationis impoſſibilitatē, quia implicat Deum impoſſibilia reuelaſſe: ſed articuli, & Myſteria sũt impoſſibilia; ergo implicat illa Deum reuelaſſe. At reſponſio prompta eſt, & primò dico illas, & ſimiles qnæſtiones firmiſſimè recuſandas eſſe, quia ibi agitur de cauſa Dei, & non noſtra, vel noſtra, & Dei, id-

idcircò non eſt defendenda ex oſtentatione, & faſtu, ſed ex modo, quo Deus voluerit. Voluit Deus vt credamus Myſteria, non vt ſciamus; quod demonſtratur à poſteriori. finis Dei intentus ab ipſo Deo in creaturis haberi non poteſt ſine medijs ab eodem Deo prouido ad eundem finem conceſſis; ſi ergò voluiſset, nos Religionem indagare per examen Myſteriorum, feciſset iſta demonſtrabilia, ac nobia lumen tradidiſset ſufficiens ad demonſtrandum, nec illa reuelaſset; ergo ſi ipſa Myſteria euidenter cognoſcibilia à nobis non ſunt, nec habemus media ad huiuſmodi cognitionem conducentia, & Deus aliundè illa reuelauit, conſequens eſt, Deum velle vt illa credamus, non vt ſciamus; ſed quia ad credendum requiritur deinde nos ſcire Myſterium eſse reuelatum,

Digitized by Google

verus modus indagandi Religionem erit vltimò ſcientia reuelationis.

Neque hoc eſt improbæ cauſę ſignum.

71 Ex hoc ſatis patet, effugere cõtrouerſiam de Myſterijs, non eſſe improbę cauſæ verum ſignum, quia non effugimus controuerſiam de reuelatione, & hoc fit quia cum nos credere debeamus Myſteria, quæ aliunde ratione naturali concipi non poſſunt, ſolùm illa probanda veniunt in atteſtante; & per hoc recedimus etiam à Mahumetanorum barbarie, quia illi omnem controuerſiam prohibent, nos verò ſolam de Myſterijs, non quidẽ conſequenter, ſed antecedenter; vt explicabimus in propoſitione octaua.

Teſtimonio Apoſtoli confirmatur per examen Myſteriorũ, haud quærendam eſſe veram Religionem.

72 Traditam vſque adeo doctrinam expertus eſt Diuus Paulus 2. ad Timotheum 1. *Scio* dicit ipſe, *cui credidi, & certus ſum*, ſcilicet certus ſum de omni, & quocumque Myſte-

ſterio reuelato, quia ſcio me credidiſſe Myſterium reuelatum à Deo. Tota igitur certitudo Myſterij à ſcientia teſtimonij, non Myſterij, deſumitur. Ab hoc eodẽ modo non abſuit Diuus Petrus in recognitione Clementinâ lib. 3. *Et ideò ante omnia fidẽ Prophetæ cum omni examine oportet probare: quem cum cognoueris eſſe Prophetam, de reliquo cuncta ei credas oportet, nec vltra eum diſcutere per ſingula, quæ docet, ſed habere firma, & ſancta quæ dicit, quæ quamuis fide ſuſcipi videãtur, creduntur: cum enim ſemel ab initio veritas Prophetæ examinata conſtiterìt, reliqua demũ fide audienda ſunt, & tenenda.* In hac authoritate ſummariè continetur quicquid ſupra dictum eſt; ſed neſcio qua maiori claritate. Hortatur enim non inquirere, & examinare dicta Prophetæ, ſed ſolùm an dicens ſit Propheta,

ta, quod idem eſt, ac quod dicta ſint reuelata à Deo, de reliquo oportet ſine examine credere omnia, & habere firma, & ſancta, quæ dicit. Hæc verò quæ creduntur, creduntur antè habita ratione, ideſt nõ ratione ipſorum, quæ creduntur, ſed connexionis cum reuelatione, quæ ſcitur. Et Clemens libro 5. Stromatum increpat eos, qui examinando Myſteria credere volunt: & non aliter, quaſi ad credẽdum ipſi Deo expoſtulent, tamquam ab hominibus, rationes, nam quo magis quæritur ratio credendorum ab atteſtante, eo minoris authoritatis exiſtimatur atteſtans; ergò ad hoc vt atteſtans ſit ſufficienter mouens ad eius dicta crēdenda, nos talitèr ipſi conformari debemus, ut dictorũ eius antecedẽter ad fidẽ, nullam quæramus rationẽ. *Illud*, inquit, *proponimus cõtra quod dici non poteſt quod*
Deus

Deus eſt qui dicit: en ſcientia reuelationis, quia ſi contra quod Deus dicit dici non poteſt; ergò Deum dicere euidens eſt; *Quis eſt ergò adeò impius, & à Deo alienus, vt Deo non credat, & rationes à Deo expoſtulet tamquam ab hominibus.*

VI. PROPOSITIO.

Modus legitimus veram Religionem inueniendi eſt per examen reuelationis Myſteriorum.

73 COncluſio hęc ſequitur ad antecedentẽ, nam ſi examinari non licet Myſteria vt in ſe ſunt, ſaltem inquiri debent, an ſint à Deo reuelata, cum non minus debeat moueri intellectus ad ſciendum obiectum quando ſcit, quam proportionaliter moueri ad ſciendum obiectũ eſſe credendum in atteſtante, quando ipſum obiectum in ſe credit, quia certum eſt voluntatẽ non imperare intellectui vt credat obiectũ, quia imperat intellectui, vt credat eſſe reuelatũ; aliter intellectus ipſe crederet quia crederet, quod eſt vitium maximè euitandum in fide, vitium inquam

Religio verá inuenienda eſt per examen reuelationis.

quam eneruans omnes rationes, quæ ad cõuincendos cõtumaces Mahumetanos, vel alios infideles adduci poſſēt, cum & ipſi etiam credant; quia credunt; ergo Religio examinari debet, & ſciri ex parte atteſtantis. Tum quia prouidus Deus indidit nobis lumen ſufficiens ad inueniendam veram Religionem, noſque obligauit ad veram, quam amplecti impoſſibile eſt ſine cognitione; atqui non eſt inuenibilis euidenter metaphyſicè; ergo ſaltem moraliter in reuelante, & atteſtante. Tum quia tota diſſenſio inter credentes eſt, quænam Religio ſit à Deo reuelata, hac controuerſia terminata, omnis Religionis cauſa ceſſaret. non eſt laborandum in probatione aſſumpti.

Quia tota controuerſiæ inter credentes eſt de reuelante.

Peto, Hebræi nonnulli Chriſto crediderunt propter miracula: Apoſtolis, deinde Orbis totus propter ſigna, atq; hæc

hæc diligentiſſime examinabant; & ſic inductione facta omnes credunt, quia firmum ſupponunt, Deum Religionē reuelaſſe; hoc habito quieſcunt, aliter, & aliquid plus exigeretur; nec rudes, nec pueri, nec fœminæ mouerentur ad credendum, quia cognitio ſupra reuelationem, ſi haberetur; ſolis doctis, & ſapientibus deberetur; ergò eſt cōmunis omnium conſenſus, ad credendum ſufficere examen reuelationis, nec Myſteriorū inquiſitionem eſſe neceſſariam, imò ſuperfluam, & oppoſitam veræ rationi fidei ſaltem diuinæ, quod tradit D. Thomas, qui *in 3. diſt.* 24. *quęſt.* 2. *art.* 3. diſcrimen dicit inter Deum, & homines eſse, quia vt credatur iſtis, inſpiciendum eſt tibi quid dicant, & qualia, an cohærentia, an abſurda, idcircò diminutè per examen verum creditur; at impium eſset cum Deo ita

Tum quia ſufficit ſententia reuelatſonis,

ta agere, quem conſtat nec falli, nec fallere poſse; quapropter Chriſtianorum non eſt ſcio, probo, intelligo, ſed credo, & credo; ergo inquiſitio rātionum opponitur fidei; ergo nulla alia ratio inquiri debet, niſi quæ componitur cum fide, & hæc eſt ratio reuelationis.

74 Hoc idem magis elucido comperta congregatione hominum doctrinam à Deo reuelatam tenentium, reliqua omnia quę ab eadem Religione proponuntur, accipienda, & credenda veniunt ſine vlteriori examine, & lite. Et quamuis videatur, propoſita eſse quaſi impoſſibilia, ipſa credi debent; eo modo quo, quamuis guſtui amariſſimæ pillulæ ſapiant ſi manduntur, deglutiri tamen debent, & deuorari, ne amaritudo tollat, id quod ſperatur; nempe ſanitatem, & ſicuti effectus ſanitatis in pillulis nō ar-

Ipſa habita vltrò quærendum non eſt.

arguitur ex amaritudinẽ, vel dulcedine;ſed ex experimento vel ſibi, vel alijs: ita ratio credendi nòn deſumitur ex impoſſibilitate metaphyſica, ſed ex connexione reuelationis,& hæc eſt via,quam tenet Nazianzenus Oratione tertia aduerſus Iulianũ, vbi adumbrat formam quærendi veram Religionem in ſchola Pythagorę,in qua hoc ſolum erat examinandum quod Pythagoras dixiſset; *tantùm opinio præiudicata poterat, vt etiam ſine ratione valeret auctoritas.* Eadem vtitur Tertullianus *Libro de præſcriptione contra Valentinum, & contra Marcionem.* Auguſtinus *Libro 3. contra Fauſtum cap.* 13.

75 Multas difficultates fateor oriri ex hac reuelationis inquiſitione,quæ &ſi maximæ, minoris ſemper momenti erunt cõparatæ ad difficultates metaphyſici examinis.Sed de his in ſequenti propoſitione.

VII.

VII. PROPOSITIO.

Etiamſi concluderetur euidenter moraliter ſcientia reuelationis, adhuc ſtaret cum obſcuritate, & incertitudine metaphyſica reuelatorum, tum etiam cum libertate ad aſſentiendum reuelatis.

76 IAm verò ex hoc modo Religionem quærendi, incommoda non deeſſe aliquibus videtur, ſi ſemel ſupponatur Myſteriorum reuelationem ſcientificè moraliter innoteſcere. Et primò, quia fides omnem ſcientiam excludit; ergò & ſcientiam de reuelatione, quod ſi cum ea componeretur, eſſet, & non eſſet fides; quomodo enim credi poteſt, quod ſcitur, quãuis in reuelante? exponunt exemplo in ſequenti incluſo ar-

argumento. Omne quod reuelatum eſt à Deo, eſt verum, Trinitas eſt reuelata à Deo; ergò eſt vera. Si ſemel ſcitur maior, & minor, conſequentia demonſtratiuè ſequitur. Tùm ſic: veritas, quæ affirmatur de Trinitate credi non potest, quia ſcitur; Sed cum ſcientia non componitur fides; ergo de veritate Trinitatis non habebitur fides, conſequenter habebitur, & non habebitur; at etiamſi componi poſſit ſcientia de reuelatione cum fide, (vt conformemur, dicunt ipſi, veſtro diſcurſui) iam tolleretur libertas intellectus ad aſſentiendum, vt imperati à voluntate; quia intellectus non poteſt enunciare falsũ eſſe, quod euidenter cognoſcit verum; atqui euidenter cognoſcit eſſe verum Myſterium Trinitatis; ergò ab eius veritate diſsentire non poteſt. Quod ſi adhuc poſset credere non

Catholicorum inſtantia, quia ex reuelationis ſcientia tolleretur fides.

ob-

obſtante ſcientia reuelationis, nō poſset credere liberè, quia intellectus tunc liberè credit, quando ad credendū non neceſsariò trahitur: ſed habita ratione reuelationis ſcientificè, trahitur neceſſariò ad credendum; ergò non credit liberè. Confirmant ita: trahitur inrellectus adſcibile in ratione ſciendi, ſicuti trahitur intellectus ad eredibile in ratione credendi: ſed ad ſciendū reſpectu ſcibilis trahitur neceſsariò; ergò ad credendum reſpectu credibilis trahitur neceſsariò, hoc autem eſt contra omnes Theologos illud Diui Auguſtini afferentes. Tr. 16. in Ioan. *Multa poteſt facere homo volens, credere autem non poteſt niſi volens*. Quod confirmatur ex Patribus, qui volunt fidem in noſtra poſitam eſse voluntate à Domino præparanda.

77 *Scotus in 3. diſt. 24. quæſt.*

quæſt. vnica §. *Sed ſi loquamur*, erga quem inclinat *Riccard. diſt.* 23. *ar.* 8. *q.* 1. & *Vega li.* 9. *in Trid. c.* 3. *verſ. Addidi autem.* tractat de compoſitione euidentiæ in reuelante cum fide de poſſibili, & aſſerit optimè compati poſſe, ac ita eueniſſe colligitur ex 2. *Reg.* 23. vbi habetur *Dixit Deus Iſrael mihi locutus eſt Fortis Iſrael dominator hominum, iuſtus dominator in timore Dei: ſicut lux Auroræ oriente Sole, mane abſq; nubibus rutilat* Idēq euenisse Beatiſs. Virg. & D. Paulo, ad tertium vſq; Cælũ eleuato coniecturaliter proponit; idcircò nullam agnoſcit de poſſibili huiuſmodi compoſitionis impoſſibilitatem. Et verè quamuis prima facie, nec rebus intimè proſpectis, videatur ſcientiam reuelantis excludere fidem reuelatorum, maximè ſi reuelans ſit veraciſſimus, nec deceptionis actiuæ, & paſſiuæ capax, cer-

tum

tum tamen eſt, negotium diuerſo modo ſe haberi. Nam conſidero duas connexiones in propoſitione hac e.g. reuelata: Deus eſt Trinus, ex quibus inferatur, verum eſſe, Deũ eſſe trinum. Prima connexio extrinſeca propoſitioni eſt Diuina reuelatio ipſam reuelans, quæ vocatur connexio extrinſeca, quia eſt connexio in genere obiecti cum actu reuelante; Alia connexio intrinſeca eſt in ipſiſmet prędicatis propoſitionis neceſſariò inter ſe connexis, itaut vnum, nec alteri contradicat, & aliud neceſſariò, & eſſentialiter trahat. Et quidem temerè negaretur, quod cognitio vnius connexionis ſtare non poſſit cum negatione cognitionis alterius connexionis; nam experientia docet, me habere claritatẽ, quod dicta propoſitio ſit reuelata à Deo (loquor facta ſuppoſitione de ſcientia morali re-

Fidei non obſtat ſcientia reuelationis.

uélationis,) adeoque mihi innoteſcere connexionem extrinſecam cum reuelante, ex qua infero verè eſſe reuelatā, & habere veritatem in reuelante; & non habere claritatem, imo poſitiuam confuſionem de intrinſeca prædicatorum connexione: vndè poſſum efformare hoc iudicium; iſta propoſitio: Deus eſt Trinus, eſt connexa cum Deo reuelante, at non video in re intrinſecam connexionem prædicatorum, imò è cōtra mihi apparet, prędicata eſſe inconnexa, oppoſita, impoſſibilia. Hęc vſq; adeò ſunt vera. Addo quod his ſtātibus nō poſſum credere connexionem cū reuelatione, quia illā moraliter ſcio, & euidenter probo, at poſsū bene credere connexionē intrinſecā prędicatorū, quæ mihi obſcura eſt, nec euidēs, & certa, in quo caſu crederē connexionem intrinſeam propter reuelationē

Ex extrinſeca connexione cū veritate reuelationis deducitur veritas credendorum logica non metaphyſica.

ſci-

ſcitam extrinſecè connexam cum propoſitione reuelata.

78 Dices, ſcis propoſitionem illam eſſe reuelatam; ergò ſcis eſſe veram; en euidens argumentum veritatem cōcludens; Omne reuelatum à Deo eſt verum in ſe metaphyſicè: Propoſitio illa eſt reuelata à Deo, ergò eſt vera metaphyſicè Minorem habes ex ſciētia. Maior probatur euidenter ex conceptu diuinæ veracitatis. Conſequentia ſequitur in forma. Hoc argumentum fateor punctum tangere difficultatis. At ipſi nec deficit vera reſponſio.

Argumentum concludēs metaphyſicam veritatem.

79 Noto primò, quod intellectus, quando ad ipſius trahendum iudicium duo concurrunt motiua oppoſita, quorum vnum aliud deſtruit, nec vni, nec alteri aſſentit, ſed ſuſpendit actum, vſquequo vel aliquid reluceat in vno excedens aliud, vel imperetur à voluntate

Ad duo motiua oppoſita intellectus ſuſpendit actum.

ad prǫſtandum aſſenſum vni, & non alteri. Ratio eſt quia vt potentia neceſſaria, trahitur tantummodò ab obiecto, etſi obiectum habeat æqualià motiua veritatis, ac falſitatis, cum ipſe non poſſit ſimul affirmaré obiectum eſſe falſum & verum, & aliundè æquè trahitur, vel dicet diſiunctè, ex vi vnius eſt verum, ex vi alterius motiui eſt falsũ, vel omittet iudicare, & dicet: neſcio an ſit verũ, an ſit falſum.

80 Noto ſecundò, ſtando in exemplo; hanc propoſitionem, Deus eſt Triuus ex vi extrinſeci motiui connexionis cum reuelatione, concludi euidenter eſſe reuelatam à Deo; at quia prædicata metaphyſica intellectui obijciunt falſitatis motiua, ille nõ inducitur ad inferendũ ex vi illius propoſitionis: *eſt reuelata à Deo; ergò in ſe eſt vera*; ſed veluti in lance omittit iudicium perſeueran-

Ex ſcientia reuelationis non infert intellectus myſteria eſſe in ſe vera.

rante antecedenti de reuelatione Myſterij, cuius ſcientia concludet quidem credibilitatem Myſterij, ſed non ſcientificam veritatem; idcircò reſtat deindè libertati voluntatis, imperare intellectui, vt aſſenſum præbeat, & dicat, propoſitionem in ſe veram ex motiuo diuinæ reuelationis.

81 Noto tertiò, diuinam reuelationem de Myſterio, cognitam ſcientificè, inducere intellectum ad iudicandum, Myſterium eſſe credibile, vt ita ſit, ſicuti reuelatur, ſed non inducet intellectum neceſſariò ad iudicandum, ita eſſe, ſicuti reuelatur per actum naturalem, non imperatum à voluntate, qui nempè non ſit fidei. Ratio eſt, quia ad credibilitatem Myſterij ſufficit ſcire eſſe à Deo reuelatum, qui non poteſt falli, nec fallere; at ad ipſius ſcientiam requiritur

Solũ infert eſſe credibilia.

Digitized by Google

vt ex reuelatione ita concludatur ipſius veritas, vt intellectus iudicet firmè ſine alio obice, quod in ſe ſit verum; hoc autem ſubſtineri non poteſt, ſtante apparenti impoſſibilitate Myſterij; ergò ex reuelatione vtique concludetur credibilitas, non metaphyſica veritas. Exemplifico. Sentio nunc dolorem capitis acerbiſſimum, Deus autē reuelat mihi dicens: caput tuum non dolet: præcisè ex hac reuelatione, mihi conſtat firmè, Deum reuelaſſe negationem doloris, haud tamen ſcientiam habeo de ipſa negatione, quia veritas, quæ concluderetur ex reuelatione impeditur ab apparenti ſcientia doloris, per quam veluti ſuſpendo aſſenſum circa negationem, vel dolorem; quid ergo inducet reuelatio negationis doloris? tantummodò ad credendam negationem doloris ex rationabili

li

Digitized by Google

li imperio voluntatis.

82 Ad argumentum nunc reſpondeamus in forma:diſtinguo maiorem, Omne reuelatum à Deo eſt verũ, itaut connexio cum reuelatione ſuadeat veritatem intellectui habenti aliundè argumentum euidens de falſitate:nego, itaut non ſuadeat, & intellectus remaneat ſuſpenſus, concedo maiorem, & conceſſa minori, diſtinguo conſequens; eſt verum metaphyſicè, itaut ſic iudicet intellectus in concurſu falſitatis probatæ euidenter, nego; itaut intellectus remaneat ſuſpenſus, concedo conſequentiam. Vtique ex ſciẽtia reuelationis concluderet intellectus veritatem metaphyſicam, ſi non concurreret aliud argumentum euidens probans falſitatem ex motiuo connexionis intrinſecæ, quia, vt dixi, ſtantibus duobus motiuis æqualibus

Reſpondetur in forma argumẽto metaphyſicã veritatem concludenti.

Digitized by Google

bus euidentibus, & ad inuicem eneruantibus, intellectus, nec vni, nec alteri aſſentiri poteſt ſcientificè, niſi ex imperio voluntatis rationalis inducatur ad credendũ, quia argumentum contrarium impedit quidem ſcientiam, ſed non fidem, quæ ſtare poteſt cum obſcuritate, ac apparente intrinſeca impoſſibilitate Myſterij.

Ex obſcuritate Myſterij deducitur compoſſibilitas fidei cũ euidentia reuelationis.

83 Cæterum expeditiſſimè ſolui poſſent omnia cõcedẽdo, fidẽ componi poſse cũ ſcientia morali reuelationis propter obſcuritatẽ metaphyſicam Myſterij, quę etſi concludatur ex connexione extrinſeca cum reuelatione, adhuc tamen ex intrinſeca connexione nõ concluditur. Libertatem deindè intellectus ad aſſentiendum Myſterio habemus in cauſa, in quantum voluntas poteſt ponere obicem intellectui, ne cognoſcat euidentiam reuela-

lationis. Nec excluditur pia affectio, quæ ſemper requiritur ad perpendendam vim propoſitionum etiam euidẽtium, ſine qua nec intellectus ipſe euidentiam reuelationis cognoſceret. Hanc autem libertatem in cauſa deducam infra in capite, vbi quæretur, quare in tanta reuelatorum claritate ita frequens ſit, & infidelium, & Hæreticorum diſſenſus. His ſtantibus breuiter dicam, intellectum in ordine ad percipiendam hanc eandem reuelationis euidentiam, indigere, vel donis intellectus ſapientiæ, & ſcientiæ, quibus illuſtratus percipit, & ſine quibus habetur cœcitas, ſtultitia, fatuitas, ignorantia, cum quibus nihil, quæ Religionis ſunt percipit, & illis gaudent Chriſtiani, vel loco illorum nonnullas habent ſufficientes illuſtrationes, quibus fruuntur infideles di-

Datur etiam libertas in cauſa

des libera ad credendum, rē ita eſſe ſicuti per ſcientiā cū reuelante concluſum fuit, & hoc non inutiliter, ſed vt firmius propoſitioni reuelatæ adhæreamus.

85 Benè igitur cum incertitudine metaphyſica reuelatorum componitur moralis ſcientia reuelationis, ſicuti aſſumpſimus in huius capitis propoſitione. An autem ſemper ad credendum requiratur cum incertitudine reuelatorum ſcientia reuelationis, non eſt huius loci controuerſia. Quod verò ſatis ſit libertas illa, quam vocamus in cauſa, deducitur, quia, vt contra Durandum affirmant omnes Theologi, libertas ad fidem requiſita non eſt immediata, quia non oritur fides à potentia proximè libera, nempè à voluntate, eſt enim actus intellectus, qui dicitur potentia neceſſaria, à qua oriri poteſt ſo-

Sufficit libertas in cauſa.

ſolùm actus mediatè liber, quatenus nempè imperatus à voluntate. Alia datur libertas, illa nempè, quæ in libertate applicationis potētiæ neceſſariæ conſiſtit, & ſic cōcluſiones omnes euidentes ſunt liberę, quia voluntas poterat nō applicare intellectū ad præmiſſas: ſic quia liberè conſidero demonſtrationes mathematicas, aſſenſus euidens Mathematicæ concluſioni eſt liber. Hanc libertatem ponunt Recentiores, quā quoad exercitium appellant in euidētia credibilitatis noſtræ Religionis; *quia auocando intellectum à conſideratione motiuorum, poſſumus impedire talem aſſenſum*. Libertas igitur in cauſa non ſolum hanc ſupradictam exercitij continet, ſed maiorem; nam, præterquam quod intellectus poteſt à voluntate non applicari, erit etiam in voluntatis arbitrio, tollere ab intellectu

adhuc

adhuc applicato diſpoſitiones requiſitas ad percipienda ea, quæ ſunt fidei.

86 Idcircò & ſcientiam de reuelatione, & fidem circa Myſteria ob connexionem cum reuelatione ponimus liberam, primam, inquam, libertate exercitij, in cauſa, & non in effectu; ſecundam verò libertate effectus, ſed de hoc fuſiùs in Vigeſima Propoſitione.

VIII. PROPOSITIO.

Ratione ſaltē conſequenti probari poſſunt Myſteria non ad veram Religionem inueniendam, ſed ex affectu ad veram Religionem inuentam.

87 INuenta vera Religione per examen reuelationis, incongruum non est, poſt fidem debitam Myſterijs reuelatis, illa inquirere, & examinare; nonquidem ad deſtruendam ipſorum fidem, ſed ad conualidandam, animo conditionāto, vt etiāſi non inueniret rationem, nec oppoſita enodaret argumenta, adhuc vigeret prima fides, per quam inferret potiùs, rem non ita eſſe, ſicuti apparet, nec ab ipſo poſſe concipi, vt potè proprium captum excedentem. Et in hoc

Poſt fidem examinari poſſunt Myſteria.

hoc diſtinctio illa tam celebris Thomiſtarum fundatur de ratione antecedenti,& cõſequenti, directa,& reflexa; fides enim, etſi nihil probet, iuuat tamen ad intelligendum. E.G. fides de Trinitate, Trinitatem non probat; at ſi poſtquam credo Trinitatem, & per fidẽ certus factus, Trinitatis difficultates eſſe apparentes,& falſas, velim ipſam Trinitatem indagare, aliquo modo intelligam. Et hoc eſt, quod dicit Iſaias cap 7. *Niſi credideritis, non intelligetis*, quia ratio conſequens debet haberi dependenter à fide iã propoſita. Hoc ſignificat D. Thomas 2.2.*quæſt*.2.*art*.4.vbi ad reſpondendum cõtrouerſiæ, vtrum ratio eorum, quæ ſunt fidei minuat meritum fidei, diſtinguit rationem in antecedentem, & conſequentem; prima eſt, quæ ordine cauſalitatis, fidem antecedit, quatenùs ad Myſteria cre- Conſentit Diu. Thomas.

credenda quoquo modo induxit: conſequens, quæ ex fide nata eſt, ac quodammodo ipſius fidei effectus, nam homo, diligendo veritatem creditam, ex amore fidei, ad excogitãdas rationes mouetur, quas quò maiores inuenit, argumẽtũ maioris amoris eſt circa creditas veritates. Dicit deinde S. Doctor, rationem antecedentẽ quidẽ minuere meritum, non conſequentem. En igitur, quod ratio antecedens, non conſequens, eſt reluctans verę fidei, & quomodo, qui mouetur ad credendum propter rationẽ antecedentem, deſtruit in ſe, & fidem, & meritum fidei, quod iuxtà proportionem rationis minuitur.

88 In idem coincidit ratio directa, & reflexa, qua vſi ſunt ſancti Patres, ſicuti, & ratio ſubiectiua, & obiectiua. His diſtinctionibus ſe accommodauit optimè Auguſtinus, ſup-

Et Sancti Patres diſtinguentes rationem in directam, & reflexam.

ſupponens dictum Iſaiæ cap. 7. vt videre eſt Epiſtola 18. vbi ſumit illud Pſalmi. *Credidi propter quod locutus ſum*, idest: fidelis primò credit, & ſic excludit rationem directā, ſiue antecedentem, & obiectiuam. Et mox loquitur, ſeù quærit veritatem Myſteriorū conſequenti, vel reflexa, vel ſubiectiua ratione, Fides dominatum gerere debet, ratio ſubſequi; vnde alij rationem ſubſequētem vocant ſeruam, antecedentem, imperantem. Hac ratione ſerua innititur hodie Theologia Scholaſtica, quæ partim ex reuelatis, partim ex lumine naturæ notis, eadem reuelata conualidat, ac alia occulta manifeſtat. Hinc inſufficiens eſt ad conuincendum modo legitimo Hæreticos, qui diſcordant in fide ab ipſa eadem Theologia ſuppoſita. Quo modo enim conuinci poteſt ratione ſerua, qui negat, fidem domi-

nam

Digitized by Google

nam? Quomodo inducetur ad credendum per id, quod eximium valorem habet à fide? Eſt quidem valdè proficua Theologia Scholaſtica, ad enodandas Hæreticorum fallacias, ad maiorem erga Deum contemplationem, ſed per illam nec verus, nec legitimus modus arguendi contra infideles obtinetur, niſi ſe dilatauerit ad probandam, per reuelationis exiſtentiam veritatem Religionis. Nec longè diſtant ab hac doctrina Sancti Patres ſupra illud. *Sapientia ædificauit ſibi domũ, & vocauit ancillas ſuas*, ideſt omnes ſcientias tamquam ſeruas obſequentes, & ſubſequentes.

Inſtantia contra rationem ſubſequentem deducta ab obligatione credendi ſoluitur.

89 Sed ſuſcitabis, impoſſibile eſſe, me teneri ad credendum, niſi rationem antecedentem habeam ad fidem, quia non obligor ad credendum, quia credo; ſed credo quia obligatus ſum ad creden-

dendum,& ſum deinde obligatus ad credendum propter aliquam rationem antecedentem ad ipſam fidem, & ſicuti impoſſibile eſt, applicationem ignis ad comburendum naſci ab ipſa combuſtione, ita impoſſibile eſt obligationem ad credendum naſci à fide. Vtique inſtántia dicta eſt ipſiſſima mea, qua probo neceſſitatem ſcientiæ circa reuelationem, quam libentiſſimè complector; at ex hoc non ſequitur, vt fuſiùs ſuo loco, me habere rationem antecedentem veritatis metaphyſicæ Myſteriorum, ſed antecedentem veritatis reuelationẽ, vndè firmo ratione antecedenti probari poſſe Myſteria Logicè, non metaphyſicè; neque hæc contraria ſunt antecedentibus aſſertionibus, vt ponderanti manifeſtum eſt.

90 Hanc noſtram rationem antecedentem diſtinctã

in

Dictam diſtinctionem rationis in antecedentem, & conſequentem cognouit Auguſtinus.

in Metaphyſicam, & Logicam cognouit apertè Auguſtinus lib. 14. de Trinitate. *Fides*, dicit ipſe, *ſaluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur, qua ſcientia non pollent fideles plurimi*: Hic loquitur Sanctus Doctor de ſcientia conſequenti, quia nō omnes ſunt Theologi, &c: Verumtamen eſt, quod ipſe non omnem rationem antecedentem remouet, ſed illam concedit, quæ in eo conſiſtit vt homo ſciat quid credere debet; ſequitur enim: *Aliud eſt ſcire tantummodo quid homo credere debeat, aliud autem ſcire quemadmodum hoc ipſum & pijs opituletur, & contra impios defendatur, quam proprio appellare vocabulo ſcientiam videtur Apoſtolus*. Scire igitur homo debet antecedenter ad fidem quid credere debeat, quod idem eſt, ac ſcire, Myſteria propoſita, eſſe re-

reuelata à Deo, deinde credere, ac denique (& hoc intelligentium ſolum eſt) varijs rationibus creditam veritatem firmare.

91 Et ratio horum omnium à priori eſt ſupra inſinuata, quia nempè, qui antecedenter ad fidẽ quærit credendorum rationem, quærit non ad credendum, ſed ad ſciendum, vnde vel quærit ſcire, vt non credat, vel quærit ſcire, vt credat; ſi primum, tollitur fides; ſi ſecundum, non crederet igitur, ſi non ſciret; idcircò menſura teſtimonij mouentis, non eſt ipſius reuelantis infinita veracitas, ſed Myſterij reuelati metaphyſica veritas. Hinc vltimò fides reſolueretur, non in veracitatem teſtimonij, ſed in ſcientiam Myſterij veri; quare enim credis, interrogarem ego, reſponderet, quia Deus reuelat: & vnde habes Deum reuelaſſe, vel vnde deducis, reue-

Ponitur ratio à priori, quia quærens ſcientiam quærit ad ſciendum, non ad credendum.

uelatum à Deo eſſe verum, non reſpondebis quidem, quia verax eſt, aliter neceſſarium non erat, veritatem Myſterij inquirere: certè dices, quia ſcio Myſterium eſſe verum: quo nihil abſurdiùs in materia de fide, cum materialiter ſe haberet in ordine ad credendum veracitas Dei, hæc enim nullo modo moueret, ſi veritatem Myſterij metaphyſicam cognoſceres.

92 Accedit, quod ratione antecedenti ſemper concluderē Religionem faciliorem, verām, difficiliorem, falſam. Quia Religio vera eſt de rebus altiſſimis, & diuinis, ac nobis parum notis, nec ex vſu, ac experientia cognoſcibilibus; iſta ergo in examine videretur contraria rationi. Ex oppoſito falſa abſtrahens ab occultis arcanis facilior, ac iuxta captum, idcircò iſta difficiliori præferre-

Tum quia ſemper facilior vera eſſet.

re-

retur: Exemplifico: ſi omnibus exiſtentibus Religionibus compararem hāc ſequētem fictam Religionem, quæ teneret omnia ſacra Chriſtianæ Religionis, excluſis Myſterijs Trinitatis, Incarnationis: adderem omnia, quæ Iudaiſmus aſſerit, excluſa vana Meſſiæ expectatione, aç nonnullis rebus puerilibus; Darem etiam locum Mahumetanæ, repulſa barbarie, & ſpurcitia. Iſta mixta Religio ſic fabricata contineret omnia facilia & rationabilia legum, nulla verò difficilia inconceptibilia; ergò iſta omnibus alijs comparata, veritatis palmam obtineret; iſta eſſet credenda, ſi ſemel credimus propter credendorum veritatem. Tū quia impoſſibilis moraliter eſſet inquiſitio veritatis Religionis, quia vix ſufficeret ætas ad examinanda omnia Religionis Chriſtianæ arca-

na,

Digitized by Google

na, quid eſſet deinde omnia omnium? Auguſtinus ipſe celſitudine ingenij præcipuus Libro de Hæreſi fatetur, omnium hæreſum minime habuiſſe notitiam, nec alium quemquam, nec & ipſum doctiſſimum Hieronymum, & numerans octoginta octo hæreſes concludit: *Vndè meritò credo, nec me potuiſſe omnes, quia nec omnes, qui de hoc ſcripſerunt, legere potui, neque hoc quemquam eorum, quos legi, video feciſſe. Poſtremò etiamſi forſitan omnes ſint, vtique neſcio.*

Difficillimum etiam eſſet, vt inueniretur vera Religio.

93 Ex quibus ſequens validiſſimum à poſteriori argumentum conficio: Deus reuelans Religionem debuit nobis præbere media ad illius cognitionem facilia, non moraliter impoſſibilia, aliter quiſque poſſet licitè iudicium ſuſpendere, & durare toto vitę ſuę tempore ſemper inquirendo, & non inueniendo,

do. At qui ſi ratione antecedenti probarentur Myſteria, numquam terminaretur inquiſitio, ſed ſemper ſeſe nouæ opiniones, ac expoſitiones offerrent examinandę; ergo numquam perueniremus ad ſcientiam veræ Religionis: eo ferè pacto, quo ſi Iudex haberet cauſam ex innumeris pēdentē motiuis, vt prius vita potius quam motiua deficeret, indeciſam hic Iudex licitè, & ſine ſcrupulo relinqueret cauſam. Inquiratur ergò veritas Myſteriorum conſequenter ad fidem, quia inquiſitio nō inſeruiet ad credēdum, ſed tantummodò ad elucidandum quod creditur, nec originem habebit à motiuo inueniendæ Religionis vtporè inuentæ, ſed ab amore circa fidem: quod ſi non inueniet, dicet: veræ ſunt, ſed quia ſupra meum captum, intelligi non

poſſunt. Nec officeret in-
uenibilitas Religionis, quia
hæc antecedenter ad My-
ſteriorum examen in-
uenta eſt, &
credita.

Digitized by Google

IX. PROPOSITIO

Ante inquiſitionem veræ Religionis ſupponendæ ſunt exiſtentia Dei, eius Prouidentia, tum etiam Religionis veræ exiſtentia.

94 TRia ſupponenda ſunt vt certa ad indagandam veritatem Religionis; nempe: exiſtentia, & Prouidentia Dei, & Religionis veræ reuelatio. In iſtis tribus propoſitionibus conuenire debent inquirentes; nam ſi quærunt Religionem, certi ſunt, quod exiſtat; aliter vana eſſet inquiſitio; eo ferè pacto, quo vanum eſſet quærere in Vrbe Antiochenum Patriarcham, ſi quærens certus eſſet de ipſius interitu, adeoque de in-

Nõ eſt inuenibilis vera Religio, niſi priùs cõſtet de ipſius & Dei exiſtentia, tũ etiã de Diuina Prouidẽtia.

exiſtentia: Quod ſi ſupponit exiſtentiam Religionis; ſupponet & Deum obiectum cultus, & Religionis, & quidem prouidum, vtpote non obligantem ad ininuenibilem Religionem. Verum enimuerò occurrere poteſt aliquis ita inſanus, & delirans, vt ſimul vellet Religionem quærere, & obiectum ipſius, ac exiſtentiam non ſupponere: idcircò, vt è medio omnes tollamus ſcrupulos, inquirens, vel probans alijs veram Religionem, incipiat ab exiſtentia Dei, tum in eo, quod venit nomine Dei, & hoc valida, & euidenti ratione ineluctabili concludat. Deinde eiuſdem Prouidentiam aggrediatur. Vltimò Religionis exiſtentiam. Denique quęrat vbi ſit & inueniatur non per articulorum examen; ſed per ſcientiam reuelationis

inis; neque enim ſufficit probabilitas reuelationis, quia fides inniti debet teſtimonio vndequaq; certiſſimo, & ex nullo capite nec actualiter, nec radicaliter dubio; at ſi teſtimonium reuelans probabiliter conſtaret, ſaltem fides fundaretur in radicali dubio exiſtentiæ eiuſdem teſtimonij.

X. PROPOSITIO.

Nomine Dei venit ens perfectiſſimum, & hoc exiſtere euidens eſt.

Variæ Dei acceptiones.

95 VNiuoco nomen hoc, Deus, quod vniuerſaliſſimè æquiuocum eſt, per partium excluſionem. Illud non ſumo denominatiuè, ſicuti ſumitur pſalmo 95. *Omnes Dij gentium Dæmonia*, nec adoptiuè vti dicuntur electi, vel filij adoptiui pſalm. 89. *Ego dixi Dij eſtis*. Nec poteſtatiuè ſicuti Moyſen *Exodi* 3. Deus Pharaonis conſtitutus fuit. Vel ſollicitudinariè, ſicuti ad Philippenſes 3. *Quorũ Deus venter eſt*. Sed accipio propriiſſimè, in quo ſenſu ſtatuo

tuo correſpondere huic nomini, Deus, Ens primum, omnium ſupremum, fine, & principio carens, perfectiſſimum, ideſt omnem abſorbens perfectionem, ac omnem, etſi minimam excludens imperfectionem. Hic eſt conceptus, in quo omnes etiam de falſis Dijs Nationes conuenere; ita Ariſtoteles *libro de Mundo capite 6. Deus quidem ſi vim ſpectes valentiſſimus, ſi decorem, formoſiſſimus, ſi vitam immortalis denique, ſi virtutem præſtantiſſimus eſt*. Neque hæc veritas ſine ratione, quaſi credenda proponitur, quia cum nihil ex nihilo fiat, eorum, quæ exiſtunt, & quodammodò perfecta sūt, omnia oportet eſſe in cauſa nulla orbata perfectione; nempè Deo. Iſta tamen cauſa perfectionē infinitam habebit; quia eius perfectio non habet vnde o-

riatur, cum non recipiat eſſe ab alio, ſed à ſe. Deum igitur eſſe ens perfectiſſimũ eſt propoſitio per ſe nota, & quoad ſe, & quoad nos, ſi Diui Thomæ diſtinctione vti placeret, nec vllum argumentum exiſtẽtiam Dei probans à poſteriori concluderet, niſi per ſe notã ſupponeret infinitam Dei perfectionem; aliter procederemus in infinitum ſemper probando, & probando, quod & ipſe Ariſtoteles 6. Topicorum aduertit: nempè in omnibus probationibus à poſteriori ſiſtẽdum eſſe in principio vltimo per ſe noto. Statuamus ergò Deum eſſe ens perfectiſſimum, & quæramus vtrum hoc ens omnem includens perfectionem ſit, & de facto exiſtat, quod idem eſt, an hoc, quod concipimus in actu ſignato tale, ſit etiam in actu exercito. Fateor

Deum exiſtere, à priori improbabile eſſe; quia nullam ſupra ſe cauſam habet, nec cum aliquo, ex quo deduci poſſit connectitur, reſtat ergò quod probari poſſit à poſteriori.

96. **Ad** intentum accedo. Res aliquæ de facto exiſtunt, quæ ita ſunt, vt eſſe aliundè cœperint. Innegabile quidem aſſumptum, cũ factis experientia comprobetur, & luce ipſa clariùs ſit, in continuata hominum, animaliumque generatione, ſiuè ex athomis, vt placuit Anaxagoræ, ſiuè ex materia, & forma fiat, vt Ariſtoteli. Nam cum athomi ipſæ nõ ſint æternę, ſequitur vt étiam principium habeant ea, ex quibus omnia fiunt: Quod ſi æternę dicantur, pręterquam quod fingeretur, niſi illorum aliqua cauſa cognoſceretur, eſſent entia à ſe, adeoque in- Exiſtentia Dei primò probatur ex cõtingentiũ exiſtentia.

finita, & illimitata, quia à nullo haberent, à quo finirentur, cõſequenter eſſent Deus: Ens nempe illud perfectiſſimum, quod quęrimus. Igitur cõfeſſione omniũ cõſtat eſſe de facto res, quæ cœperint eſſe. Hæ res dum non erant, agere non potuerant; nec ſui ipſorum conſequenter cauſa eſſe: vndè promulgatũ illud, *Nemo poteſt ſeipſum producere*. Aliunde ergo ſuã originem habuere, & idem dicamus de alijs; dummodò perueniamus ad cauſam neceſſariam, quæ eſſe numquam cœperit, ac à ſe exiſtat; hæc autem qualiſcumque tamdem ſit, eſt Numen illud perfectiſſimum, quod Dei nominè ſignificamus.

Secundò ex artificioſa creatu rarum compoſitione.

77. Secundò, inter tot, tantaque animatorum corpora, humanum ſeligo, ex oſſibus, cartilaginibus, muſculis, tendinibus, arterijs, ve-

Digitized by Google

venis compactum, & iſtud contemplationis oculo, dum ſupra vteri placentam formatur, inſpicio. Deinde, quia effectus omnes præexiſtunt in Idea, diſcurro ibi inuiſibilem eſſe artificem; iuxta cuius ideam corpus illud producitur; aliter ex caſu, & non ordinatè, ac regularitèr fieret ſicuti ex eo, quia video manum mouentem, pennicillum ad delineandam figuram, vel eamdem in marmore incidentem, non deduco manum principalitèr opus facere, ſed à manu directa à mente, vel Pictoris, vel Sculptoris, iuxta ipſorum iam præconceptam Ideam fieri At hanc Ideam, & formam parentes non habent, quia nec mater ipſa ſcit, quid intùs habeat, nec talem, & talem diſpoſitionem præconcepit ipſa, imò & diuerſam multoties à

pro-

Digitized by Google

proprio parentum deſiderio infans ſortitur. Neceſſe ergo eſt, vt alia diuerſa cauſa inuiſibilis ſit, ex cuius perfectiſſima Idea excellens illud componatur artificium, & hic ſupremus erit Architectus, nempè Deus. Dicet forſan Epicurus, & Democritus, eximij narrati operis auctorem non Deum; ſed Naturam eſſe. At inquiro, quid nomine naturæ intelligant, non ſanguinem, vel ſemen, quia ſicuti nec pennicillus, nec colores ſunt imaginis cauſa, ita nec ſanguis, & ſemen humani corporis. Cœlum replicabunt, Solem, ſydera, ita influentia. At quomodo & iſta tanta rectitudine, diſpoſitione, ſymetria, ac proportione influere poſſunt, ſine mente, ſine Idea regulante? Quod ſi nomine naturę cauſa vniuerſalis intellectualis ve-

ueniret, hanc naturam ſub alio nomine intendebat conuincere argumentum.

98 Tertiò hæc propoſitio, Deus eſt, à nullo fuit vmquam negata, & ſi cognita, aſſeueranter Gentiles ignorare dicebant; at in hoc quidem fuit eorum ſumma delicti, iudice Cypriano. *Eũ nempè neſcire velle, quem ignorare non poterant.* Oſtenditur, quia Polydolatria impoſſibilis erat, pœnitùs vero Deo ignoto, quia idolatrans non poteſt idola vt Dea adorare, niſi illis veram effingat diuinitatem; nemo enim iudicat ſydera eſſe paria, niſi paritatem cognoſcat, nec diuinitatem alteri tribuit; niſi ipſam percipiat diuinitatem. Quod non obſcure ex conſequentibus apparet; Gentes omnem profectum, cum in huius, tum alterius vitæ bona ab Idolis iucunctanter ſperabant.

Exiſtẽtiam Dei Idolatræ admittebant.

cer-

certum proinde erat ipſis, in illorum manu victorias, regna, gloriam, vitam, mortem eſſe. Credebant oracula falli, & fallere, non poſſe, quia omniſcia, quia bona, ergò cognoſcebant id, quod ſupra vitam, & mortem dominium habet, quod omniſciũ, bonum, & omnipotens eſt: ergò Deum; illa enim ſunt propria veri Dei ſtemmata, adeòque in ipſa eadem Polydolatria cognitio veri Dei exiludenda non eſt: componere deindè cum hac naturali Dei cognitione chimeras, ineptias, & deliria, non arguit cognitionis veri Dei negationem, quia hæc ex antecedentium ſuppoſitione vt falſa conuincuntur; deſumendo ab eiuſdem Dei veritate argumenta.

Deum ſupra omnes Deos colebant.

99 Et primo quia, teſte Tertulliano, ipſos cœcos idolatras, & ſupra omnes Deos

ma-

maiorem vnum Deum colebant, Deorum inquam Deum appellabant, quem, dum graſſabantur pericula, vel euentum maximi malì, ſuſpicabantur, ipſum numero vnum inuocabant. Impoſſibile deinde eſt, quod ens in omni perfectione optimum ſubiaceat ſaltem periculo æternæ diſcordiæ, quæ oriri poſſet ſi vnum diuerſa ab alio appetere vellet. Tum quia hæc eadem omnium Creatorũ armonia, pulchritudo, & totius vniuerſi proportio arguit Architecti, Gubernatoris, ac Patrisfamilias vnitatem.

Coguntur fateri vnitatem.

100 Quartò, id, in quo omnes conſentiunt, vel eſt euidens ex ſe, vel eſt à natura. Deum eſſe. Omnes fatentur Nationes, etſi in moribus, ac legibus diuerſiſſimæ; ergò Deum eſſe vel eſt ex ſe euidens, vel eſt à natura. Maior con-

Omnes conueniunt Deum exiſtere.

conuincitur, quia vel omnes conueniunt per diſcurſum, vel per inſtinctum, vel ex ſucceſſiua Patrum traditione? Si primum, idem ſimilis diſcurſus, ſimilem eandem inferens in omnibus concluſionem eſt ex ſe diſcurſus euidens. Si ſecundum, non controuertendum quòd ſit à natura. Si tertium, nempè ex ſuccèſſiua Patrũ traditione; moraliter impoſſibile eſt omnes Patrum traditionibus indiſcrepãter aſſentiri, niſi traditiones iuxta inſtinctum, ac naturam, vel ex ſe euidentes eſſent. Satis hoc expertum in Philoſophorum ſententijs videtur, quæ poſteris penes libros, vel Magiſtros promulgatæ nõnullas alij recipiunt, alias alij impugnant. Quot veritates ſucceſſiuè habuit ab anteceſſoribus Mundus iſte, quas refellit, nec ſuſtinet? Imò eiſdem diſcipulis vnicus

Ma-

Digitized by Google

Magiſter multa proponit; quas, & vnus deinde amplectitur, alij reſpuunt. Hinc nulla veritas, niſi exterminis patens vel à natura indita, etſi reuelata, ac omnibus explicata firmauit vmquam in omnibus pedem; ergò illa veritas, quam etiam ex aliorum relatu omnes tenent, vel ex ſe euidens, vel à natura eſt: Deum eſſe omnes affirmant, nullus diſſentit, ergo oportet eſſe vel ex ſe euidens, vel à natura. Quod faſſus eſt Ouidius eodem conuictus argumento.

Expedit eſſe Deos & vt
expedit eſſe putemus
Dentur in antiquos thura, merumque focos.

nec diuerſe ſentit Cicero *Tuſcul. quæſt.* 1. *&* Oroſius *libro* 6. *capit*, 1 *Deum certè quilibet hominũ contemnere poteſt, neſcire vero in totum non poteſt.*

101 Fuere, negandum

non

Negantes Deū pro nihilo reputandi ſunt.

non eſt, talis impietatis homines, qui auſi ſint Deum negare: vnde Atheos græcè, latinè ſine Deo, appellantur. Ferunt fuiſſe Diagoram, Protagoram, Critiam, Theodorum, Euhemerum, Euripidem, Callimecum, alioſque plures dignos potius obliuione, quam memoria: at hi omnes comparatione veterorum pro nihilo reputandi ſunt. ſicuti quia à morte abhorret natura, ac ſui conſeruationem omne indiuiduum appetit, non arguitur deinde popter aliquorū inſipientiam, quibus magis mori quam viuere conſonum fuit, vocem naturę non eſſe; vitā magis, quā mortem expetēdam. Sed attendite, quęſo, poteſt ne inueniri maius, euidentius principium, clariuſque hoc. *Quodlibet eſt, vel non eſt?* & pueri, & feminæ, & docti, & indocti intelligunt,

per-

percipiunt, contrarium impoſſibile iudicant,& hoc non obſtante inſani, & deliri inuenti ſunt Sceptici, hoc vniuerſaliſimum principium negantes. Eſt hic hominum corruptorum finis peſſimus: nam cum propter peccata, à legibus illa prohibẽtibus diſcedant, ac alias leges ſibi ſenſibiles inſtituant, quæ nec cũ ratione compati poſſunt, demum, & nouam, & antiquam reſpuunt, ac ſine Religione viuentes, dum illis Deus,& diuina poponuntur, vt quodcumque argumentum, & propriam ſyndereſim deſtruant, in Atheiſmum miſerè prolabuntur.

Ad Atheiſmum inducunt peccata.

XI.

VNDECIMA PROPOS.

Datur in Deo rerum creatarum Prouidentia.

102 Diuinam Prouidentiam omnes Philoſophi (exceptis Democrito Heraclito , ac Epicuro) cogniouêre, vt oſtendit Auguſt. Eugubinus in ſuo Opere de Perenni, Philoſophia. Ex multis capitibus nemo Catholicorum negare preſumet, quę & apud Grotium de Veritate Religionis & Anonymum, ac Sanctos Patres facillimè inueniuntur. Videatur Leonardus in Tractatu de Prouidentia Numinis: vbi luculenter ex quindecim rationibus ſparſim interiectis, ac ab ipſo collectis, Diuinam, Altiſſimamq; Prouidentia deducit. Nonnullas ex illis efficaciores hic ſeligo, ac alias aliorum addam.

Pauci Philoſophi Diuinam Prouidentiam negarunt.

1. Ex recurſu ad Prouidentia in ſubitaneis periculis.

103 Et 1. conſenſus omniũ hoc demoſtrat, quod deducitur ex communi omnium recurſu; nàm in ſubitaneis periculis omnẽ deliberationẽ antecedentibus, vbi habentur motus primò primi à natura pouenientes, inuocamus Deum, manuſque in Cœlum attollimus, imprecamur auxilia &c. ſignum manifeſtum quod naturalis ſit nobis Cognitio Dei prouidi, & gubernantis: eo ferè pacto quo, quia in periculis manus non ſeipſam, ſed caput defendit, inferimus naturam præferre membrum principale inferiori, hoc eſſe ab inſtinctu, nec neceſſe eſt ratione ſuaderi; ita ex inuocatione ante quemcumque diſcurſum Diuinæ Prouidentiæ, iſtius exiſtentiam eſſe ex inſtinctu, quis dubitat.

2. Ex Regnorum conſideratione.

104 Secundò contemplor rerum publicarum conſeruationem, & ſpecialiter longam

gam per multa ſæcula formę Imperij durationem &Ægyptiorum, & Aſſiriorum, Græcorum, Romanorum, in quibus nil humana ſapientia iuuat, niſi altiſſima Prouidentia concurrat; nam conſideratis circumſtantijs, videtur impoſſibile tamdiù Imperium ſubſiſtere poſſe. Innumeræ ferè Prouinciæ Romanis ſubiectæ erant, vndique praui homines malè affecti, intorelabili iugo ſeruitutis oppreſſi, longinquis in Regionibus commorantes, ſub cura vnius, vel duplicis legionis ab otio eneruatæ, & delitijs laſciuientis, & omnes timebant, nec vlli amor libertatis robur præſtabat, vt in priſtinum ſe, & ſuos reſtituerent. Deindè ſuprà ipſorum votum tamquam rem deſtinatam, ſine medijs ab eorum Prouidentia pēdentibus, permutatur Imperium & Corona, ac Regi ſtemmata tranſ-

feruntur; & vndè hoc niſi à Diuina ſuprà hominum cogitatum Prouidentia, quæ regit, diſponit, variat, & format iuxta rectiſſimę Sapientiæ dictamen? Hoc & Philoſophi, & Hiſtorici non leue existimarunt Diuinæ Prouidentiæ ergà nos argumentum.

3. Errores multorum Diuinā Prouidentiam ſtabiliunt.

105 Tertiò à multorum errore, qui opera naturæ tam pulchra tàm diſpoſita conſiderantes, naturæ intellectum tribuerunt, Veritas Diuinæ Prouidentiæ ſtabilitur: homines nempè ſunt Diſcipuli inanimatorum, a rebus naturalibus inſtruuntur, & ad gubernandas ciuitates, familias, ac omnia alia opera facienda, arteſque inueniendas; quia ratio imitando naturam artes inuenit, & ex eodem naturæ ordine, & legibus virtutes didicit. Quod ſi natura nullum haberet ſenſum, & intellectum ſequere-

retur rem imperfectam nobiliorum eſſe homine perfecto, & non intellectuale eſſe Magiſttum habentis intellectum. Dicendnm ergo eſt naturam ordinatam eſſe, & rectam à quodam intellectu ſuperiori, & præſtantiori quocumq; creato intellectu nempè à Diuina Prouidentia, quæ regit, & diſponit ipſas eaſdem naturales virrutes cœcas, ſine qua nec plancta fructum produceret tanta, & tali figura, nec flores tanta proportione, colore. odore coeuntibus in vnum & ſimilia.

106 Quartò, ſi Mundus gubernatur, Gubernator excellentior eſt ipſo Mundo: vtpotè Rector, Dux, Magiſter Mundi. Habeo Epicuri blaſphemã non reſponſionem, videlicet Mundum gubernari caſu. Certè delirium eſt, quia nõ eſt perceptibile quod ſemper per mille, & mille annos 4. Ex excellenti Muudi gubernatione.

ſemen homnis inſeruiat ad producendum hominem, Leonis Leonem &c. Qnamuis eueniat aliquando quod ex diuerſa coagulatione colorũ fiat figura, ſicuti ex iacto pennicillo Apellis in tela, ſpuma Bucefali mirabiliter fuit expreſſa, ſemper autem ſic euenire ex caſu impoſſibile eſt. Quod ſi caſu eueniret gubernatio Mundi, non quidem mala, ſed peſſima eſſet; nam peſſimè gubernatur Nauis, ſi caſu & fortunæ committatur; confuſe gubernatur familia caſui relicta &c. Sed age Regna non caſu ſunt gubernata, & diù tamen durare non potuerunt; mille, & centiès mutata ſunt, & videtur tibi Mũdum caſu rectum poſſe ſemper eſſe idem? Elementa, quæ perpetuam alunt inimicitiam, vnum aliud non conſumat, nec Mare Terram abſorbet, nec ignis aquam de-

uo-

Digitized by Google

uorat; ſol à ſuo curſu non ceſſat, ver, hyems, æſtas, autumnus terminos temporis, menſuram qualitatum numquàm tranſgreſſi ſunt; Eodem modo, & quod fuit eſt, & quod eſt fuit, ita ut *nil ſub ſole nouum* quod anteà non fuerat imo mirabiliſsimũ eſt hucuſq; nec vllam minimam ſpeciem vel vegetabilium, vel ſenſebilium in Mundo defeciſſe.

107 Replicabant, primo Deum non videri, Prouidentiam inſenſibilem eſſe; ergo non datur. O ſumma extremanque ſtultitia vellent videre Deum, ac illum manibus contrectare, quinimò nec ſi ſenſible Numen ſupremum eſſet, quieſcerent; quia ſenſus falluntur, nec ipſis fides (imquiunt) danda eſt ſed inſulsè ex Dei inuiſibilitate, Dei negationem arguunt, quia & ipſi non vident cogitationem, & ex hoc non ne-

Inſtantia ex inuiſibilitate Prouidentiæ deducta deſtruitur.

negabunt conceptus exiſtentiam. Optimè vim huius retorſionis conceperunt Ethnici ipſi; idcircò Deum inuiſibilem vocabant. Ita Xenophon *in 4. De Dictis, & Factis.* Socratis, & Lactantius *libro 7.* Galenus *tomo 1. libro 9. de Placitis* Hippocr. & Platonis. Abſit ergo viſibilitas à Deo, aliter non eſſet Deus, quia vtpote ab oculo finito circũſcriptibilis, finitus eſſet. Tum quia nec corporeus eſt, aliter corruptibilis, alterabilis, diſſolubilis, quæ ſunt prædicata eius ſempiternitati repugnantia.

Alia inſtantia ex malorum impunitione.

108 Secundò quænam Prouidentia inſpicitur (dicunt) in Mundo, vbi impij proſperè viuunt, ac immunè, delicta ferunt, è contrà boni incommoda patiuntur, prauorum calamitatibus ſunt obnoxij? Non eſt ergo Deus gnbernans, qui iuſtè gubernaret, ſed omnia vel caſu, vel

vel ab hominum callida diſcretione diſponuntur. Sed reflectò primò, nullum ſine crimine viuere: idicircò ſi Deus vindex ſcelerum eſſet & non miſericors, Mundus totus interire neceſſe eſſet. Quod etiam Ouidius cecinit 3. de Triſtibus:

Si quoties peccant homines
ſua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore
inermis erit.

Deus miſericors ſolem ſuum oriri facit ſuper iuſtos, & iniuſtos, hoſque permittit propter bona, quæ per accidens Sanctis cumulantur. Innumera afferri poſſent Scripturæ exempla, quæ libenter omitto, quia cum infidelibus, & non credentibus ſuppono diſcurrere, vt ordinata methodo procedam, ne Religionem Chriſtianam credendam ſuadeam per ea, quæ credi debent. Dicam Deum filios Sanctos iuſtos in hoc mun-

Expeditiſſima ratione diluitur.

mundo affliggere vt cautiores ſint, ne a delictis ſæculi ineſcentur, vtq; deindè maiora prœmia in Cælo reddantur: iuxta Diui Pauli dictatum. Non ſunt condignę paſsiones huius Mundi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ex hac ergo impari donorum diſtributione potiùs inferendum eſt, aliud poſt hanc vitam expectandum eſse iudicium, ne aut improbitas ſine pœna, aut virtus maneat ſine prœmio. Rectiſsima eſt Diuina Prouidentia, quæ reſpiciens duplicem Animarum ſtatum, in corpore nempè, & extra corpus, nunc pœna, nunc prœmium eiſdem ſub diuerſis conditionibus diſtribuit, compenſando pręſens bonum cum futuro malo, & præſens malum cum futuro bono.

Quæ Animæ immortalitatem ſupponit.

109 Haud nego dictam reſponſionem, Animarũ poſt hanc

hanc vitam durationem concludere, quæ æquè, ac ipſa Prouidentia Nebulonibus illis aduerſatur: & mihi æquè certa videtur Animæ immortalitas; nam præterquãquod antiquiſſima rraditione, & Gentilium, & Philoſophorum comprobetur; ita vt etiam teſte Grotio, cum in Canarias Americam, & alia longinqua loca primum ventum eſt, fuerit ibi iudicium, & Sententia de Animæ incorruptibilitate reperta, quæ traditio cõmunem omnium fundat conſenſum, arguentem originem à natura, ideſt à Deo: præterquamquod, inquam, hoc ſatis eſſet ad ſedandam horum delirantium tumultum, alias ſummariè rationes expono.

In animæ immortalitate omnes conueniunt.

110 Quæ pereunt, & corrumpuntur vel vi validioris oppoſiti deſtrui experimur, vel detractione ſubiecti, à quo pendet; aut defectu cau-

Probatur Animæ immortalitas, quia non habet vnde deficiat.

ſæ efficientis, à qua conſeruantur; vel quia Deus eorum deſtructionem vult; nec alia excogitabilis ratio afferri poteſt. Atqui nullum contrarium habet Anima, quinimò ſimul duo contraria intelligit; nec ſubiectum habet, à quo pendet: corpus enim humanū non poteſt eſſe ſubiectū, quia agendo laxatur, non Anima; excellentia obiecti corpus lædit; at Anima, quò præclariùs obiectum, eò magis confortatur ac delectatur, & quo magis obiecta animum à corpore ſeducunt, eò ſunt animi actiones excellentiores: idcircò non poteſt Anima, quæ tam diuerſa munia efficit ac corpus, à corpore pendere, imò potiùs corpus ab Anima. Cauſæ Animæ eſſe nequeunt Parentes, quibus deficientibus non deficit Anima; ſed eſt cauſa vniuerſalis vna permanens, per quam ſicuti nullus effe-

ctus

Digitized by Google

ctus deficeret, ita nec Anima. Denique ex parte diuinæ voluntatis deficere, non eſt arguendum; quia nullum huiuſmodi placiti inditium habemus: imò è contrà exiſtentia altiſſimæ Prouidentiæ probata, contrarium conuincit, quia ſi illam ſine delicto in hoc Mundo punit, potius deindè eius interitum nollet, vt illi prœmium poſt hunc ſtatum munificentiſſimè largiretur. Vim allatæ rationis Ariſtoteles cognouit *lib. 3. de Anima cap.4.*, vbi ſupponens vt certum Animam, nec ex vi contrarij, quod non habet, nec cauſæ efficientis corrumpi poſſe, dumtaxat ex independẽtia ſubiecti eius ſeparabilitatem à corpore concludit. *Non eſſe autem ſimilem impatibilitatem partis ſentientis, & intelligentis apertum eſt, ex ſentiendi inſtrumentis, ipſaque ſenſione. Senſus enim, vbi nimia eſt*

res

res ſenſibilis ſentire nequit; ideſt nec audire ſonus vehemẽtes, nec odores tales olfacere, nec conſpicere color es. At mens vbi aliquid concepit, quod egregium ſit intellectu, non minus id intellegit quam minora, imò & magis: ideò venit quod ſentiens pars non ſit ſine corpore; mens autem aliquid à corpore ſeparabile.

2. Ratione quietis quam quiſque appetit in fine.

111 Secundò ex deſiderio anxietate, ac ſolicitudine, quam vnuſquiſque hominum habet ad quieſcendum in fine, conficitur argumentum de immortalitate Animæ, vel ſaltẽ de eius perſeuerantia poſt exitum à corpore. Omne graue, quia finis eius eſt tendere deorsũ quieſcit in centro, Aues enim in aere volitando, ignis ſurſum aſcendendo, & ſic de ſingulis. Soli homini & diuitiæ, & regna, & dominia, & quæ ſub Cœlo ſunt non ſatisfaciunt, vltro ſemper eius vota ten-

dunt. nec victorijs Macedo, nec perpetuo dictaturato Cęſar, nec ampliſſimis regnis Darius & propritijs fortunis Pompeus quieuere: idcircò Seneca hominem cani, cibum deuoranti aſsimiliat. *Ep.* 72. *Quidquid excœpit protinus integrum deuorat, & ſemper ad ſpem futuri hijat. Idē euenit nobis.* In his igitur pręſentibus obiectis, imò in toto laborioſo huius vitæ tempore, vltimum noſtrum finem adequatè potentias ſatiantem non inuenimus. Nos finem non habere, adeòque inferioris eſſe conditionis ac inanimata, ſine ratione præſumitur, ac ſine fundamento eſt præſumptio; oportet ergo dicamus in ſeparatione à corpore, Animam ſuum finem amplecti, illo frui, adequatè ſatiari; quapropter independenter à corpore Animam exiſtere, cumque non conſtet vel cauſa defectibilis in conſer-

ſeruando, vel oppoſitum pugnans, debeat per æuum perſeuerare incorruptibiliter, indefectibiliter. Reaſſumo nunc rationem diuinæ Prouidentiæ: Si Anima poſt ſeparationem à corpore perſeuerat, ex punitione, & præmio, prima erga iniuſtos, ſecundum erga iuſtos, non tollitur prouida Dei ac iuſtiſſima gubernatio, quia in ſtatu ſeparationis compenſabit punitionem prœmio, & prœmium punitione, cõcernenter ad dicta.

DVODECIMA PROP.

Euidens eſt exiſtere in Mundo veram Religionem.

112 PRopoſitionem alibi repetitam, ac pro certo ſuppoſitã, nunc ad examen voco; vt ex illa inconcuſſa remaneat deindè exiſten-

ſtentia Religionis. Verum eſt id, quod omnibus videtur verum. Eſt Ariſtotelis aſſertum 10. *Æthicorum*, nec certiùs ſignũ veritatis adduci poteſt: ſicuti enim ſe habet bonum ad appetitum; ita verum ad intellectum. Quod appetunt omnes, bonum eſt, nõ minùs ergo, quod iudicant omnes, verum. Eſt indubium quod viuere, ſapere, fœlicem eſſe ſit bonum, nonniſi quia & circa vitam Sapientiam, ac fœlicitatem omnium verſatur appetitus; quod omnes igitur appetunt indubitanter bonũ eſt. Confunditur naturæ iudicium cum omnium voce; natura E. G. in genere hominis ſunt omnes homines, in quibus illa loquitur, quando omnes æqualiter idem dicunt, nec eſt in eorum libertate dicere, & non dicere: eo modo quo generatio in ſimilitudinem naturę eſt omnium ope-

Verum eſt id quod omnibus videtur verum

rum

rum naturaliſſimum, quia omnia viuentia ſi producunt ſimilem efficiunt: Naturale eſt oculo videre, quia omnes oculi vident, intellectui apprehendere, quia omnes indiſcriminatim apprehendunt; ergo verbũ naturæ illud eſt, quod omnes loquuntur. At vox naturæ eſt quædam vox originem ducens à principio, quod nec falli, nec fallere poteſt, quia vox naturæ, vox Dei eſt, & Deus per naturam loquitur: idcircò veritatem Deo attributam, naturæ tribuimus. Hæc ſunt nota, & Gentiles ipſi fatentur; & primò Tullius *de quo omnium natura conſentit id verum eſſe neceſſe eſt*. Secundò Plinius ad Traianum, *ſingulis contingit aut falli, aut fallere, non autem omnes*: Hinc & aliud promulgatum, *vnus ab vno, à pluribus decipi poteſt, non ab omnibus*. Forſan oppones ſenſuum fallibilitatem

Opponunt ſenſum fallibilitasuũ & reſpondetur.

tem ad principium tam firmum deſtruendum: Siquidem omnibus oculis Iridem eſſe coloratam videtur, in aqua remum curuum, ædificia pendula, quæ omnia ſunt falſa; ſed reſponſionem habes ſupra; pro nunc dicam etiam in ſenſibus verificari aſſumptum. Argumentum tunc vim haberet, quando ſenſus aliundè non ſe corrigerent: Nam ſenſus idem, qui vidit remum curuum in aqua, eundem remum videt rectum extrà aquam, & ſe corrigit: qui vidit collum Columbæ coloratum, & eundem deindè videt ſine colore. Ædificia videt pendula, & eadem deindè videt non pendula; & hæc ipſi aduerſarij coacti ſunt fateri: nam vndè aſſumunt oculum videntem remum curuum in aqua decipi? quia remus deindè extrà aquam ab oculo viſus, videtur rectus ergo ipſemet

ocu-

oculus pręſtat fundamentum correctionis Negandum non eſt Solem eſſe, quia omnes oculi illum vident, nec vnquã ſe corrigunt; ergo quando omnes vident, & omnes ſe corrigunt, omnium viſio veritatem viſi non infert.

Nulla Natio exiſti, vel extit ſine Religione.

113 Omnibus autem videtur verum dari in Mundo Religionem, quia nulla natio exiſtit, vel extitit ſine Religione. Inueniuntur haud dubium gentes ſine pecunia, ſine Vrbibus, ſine ſtudijs, ſine domibus, ſine Rege, nunquam tamen ſine Religione. Gentes ipſæ nobis in nouo Mundo circà Septentrionem, vel Meridiem diſtantiſſimæ; Inſularum earumdem lineam æqninotialem tangentium, in hoc vno conformes viuentes inuentæ ſunt, quod ſine Religione, & cultu non viuant. Quod & Plutarcus ipſe ſuis temporibus obſeruauit. Nuſquam (inquit ipſe) extare

re Vrbem aut Oppidum, qui bus nullus ſit Deus, nulla iuramenta, nullæ præces, nulla ſacrificia, talem Vrbem à nemine vnquã viſam. priuſque conſpiciendam eſſe ſine Sole Vrbem, ac ſine Deo, ac Religione. Tum quia continuata traditione, numquam cultus Dei in Mundo defecit. Voco non Moyſen (vt ſuſpectum hunc impij habent) ſed Beroſum Caldæum Florentem ante Monarchiã Alexandri Magni *libro historiæ Deſtorationis*, quod ſi, & ipſum Moyſen vellent recipere, ſaltem ex Gentilium authoritate recipiant. Nam Maſeas Phæuix Damaſcenus *lib. 96. hiſtoriarum* nominat Moyſen antiquiſſimũ hiſtoriographũ. Idem dicunt Ioſephus *primò de antiquitate*, & Archilocus Græcus, Chomographus, qui vixit tempore Simonidis, & Ariſtoxemis, *Olimpiade 29.*, ex Euſebij

at-

atteſtatu: Siue vni igitur, ſiue alteri credatur, relatio eſt quod cultus Dei ab Adamo vſque ad Noachum peruenerit. Poſt diluuium Terram ipſius prole impletam, ſemper Dei cultores habuit, & Perſæ, & Aſſirij, & Græci, & Romani ad Chriſtũ vſque, Religionem aliquã amplexi ſunt; ſed in quo anguli totius Orbis Terrarum parte hodie Religio non viget? quamuis ſub diuerſis Ritibus, Legibus, Cœremonijs, vel vnitatem, vel Deorum pluralitatem homines venerantur, & in Orientalibus, ac Occidentalibus anteà incognitis extat nunc cultus, & Religio, ergo numquam Religio defecit; ſignum manifeſtum Religionem eſſe ex inſtinctu. Probabant Germani Furta. Athenienſes vxorum cõmunitatem. Tartari mendacia. Romani ex leuiſsimis cauſis repudia. Hæ leges, & vſus

non

non diù viguère,nec ad multas peruenère Nationes. Vnaquæque Prouincia; imò Ciuitas, Oppidum, Domus mores,& inclinationes diuerſas habet, negotium ſolum de Religione,& ſi vnus alteri non communicauerit, omnibus innotuit viguit, creuit; ſignum, quod ex natura, ex inſtinctu æqualiter habuerũt. Mahumetes integra regna ad Alcoranum trhaxit, Prouincias Lutherus, totam penè Angliã Enricus Octauus, Romanum ferè Imperium Gentilis; & tamen cum nulla Religio ſit omniũ placidior, quam illa, quæ omnem legem, ac Religionem tollit, æqualem fortunam, vel minimam obtinuiſſe haud cõpertum eſt, nonniſi quia lumini naturæ aduerſatur, & oppoſitum nempè Religio ex inſtinctu eſt.

114 Sunt fateor nonnulli Religionem ſeù cultũ ipſum Dei

Negantes cultum nil ſunt aliorum comparatione.

Dei negantes, at hi aliorum comparatione nihil ſuut, ac vt mendaces conuincuntur, quia nullius Nationis fidem meruerunt. Regula firma eſt, argumentum non eſſe ſumendũ à paucioribus: euenit enim fatuitatem habere patronum, fœditatem amatorem, nec fœditas indè eſt pulchritudo, vel fatuitas Sapientia, quia commune reliquorum iudicium derogat, & obſtat phræneſi paucorum. Quod optimè expoſuit Elizalda, errores nonnullorum enumerando poteſt ne dubitari dolores non eſſe, qnos ex partium læſione, vel qualitatum intemperie ſentimus, & tamen eſse dumtaxat noſtras apprehenſiones quidam delirauere. Naturæ reſiſti poteſt, ſed violenter. Naturale eſt lapidi motus deorſum, violenter tamen tali motui reſiſtitur; naturalis eſt Religionis cognitio, violen-

violenter inſani cognitioni reſiſtunt; & ſicuti ex eo quia ſaxa violenter ſurſum propellantur, aer ſubtus comprimatur, non inferendum ſurſum tendere in aere, deorſum in lapide minimè cōnaturale eſſe, ita violentia delirantiū in Religione iſtius naturalitatem non impedit.

115 Religionem conſideremus in præſenti hominum ſtatu. Sit aliquis, qui ab omnium veritate præſcindens, veram præ falſa inquirere voluerit, quia diſcurrendo ab vno noto ad alium ignotum procedit, oportet vnum dari firmum, ac lumine naturæ notū, & ab Authore naturę ipſi impreſſum, ne coactus ſit ad infinitè probandum, quod præter Ariſtotelem obſeruauit Cyrillus Alexandrinus *libro* 1. *contrà Iulianum*. *Ductus alius ab alio, & vnus homo ad alio, at primus à natura, vel à Deo,* Ne procedatur in infinitum, ſupponi debet exiſtētia Religionis.

b Quod-

Quodnam quæſo hoc vnum eſt, quod in materia de Religione eſt notum? nonniſi hoc principium nempè viuendum eſſe cum Religione, quod idem eſt, ac dari in Mundo veram Religionem, cum fruſtraneus eſset appetitus ad Religionem, ſi Religio non eſset; veramque præ falſa deindè inuenire proprij diſcurſus eſt. Tum quia Deus hominis naturam inſtruxit per inclinationes, & inſtinctus: vndè nonnulla habet, quia corporea eſt alia, quia viuens, & vegetabilis eſt, alia quia ſenſibilis, maiora ergò, vel æqualia, quia potiſsimum intellectualis, & diſcurſiua eſt. Habet ergò quia intellectualis principia per ſe nota, naturæ indita ex mirabili inſtitutione. His principijs aduerſari non poteſt, numquam de illis altercari, & pueri, & fœminæ, & ruſtici, & ignari, & omnes il-

illa percipiunt, ſine diſcrimine amplectuntur, quia æqualiter vox naturæ in omnibus loquitur, ergò ſi omnes dicunt veram Religionem dari, hoc eſt primum principium nullo modo probandum.

116 Confirmatur. Dantur prima principia naturalia; ergò illa ſunt, in quibus natura conſentit; conſentit natura in exiſtentia Religionis; ergo eſt primum principium exiſtentia Religionis. Antecedens eſt probatum, nec obſtat Ariſtoteles, & Plato, primus volens intellectũ eſse tabulam raſam. Secundus, omnia eſse ſcripta in intellectu noſtro, noſque ſolum recordari eorum, quæ præerant; nam ambo falſum aſserunt, & verum duntaxat eſt quod medium inter vtrumque.

Quia natura conſentit in exiſtentia Religionis, Religionem exiſtere eſt primum principium.

117 Obſtat primò Critias, qui Religionem fuiſse ab aliquo inuentam ad homines

Inſtantia quod Religio inuenta fuerit in legum defectu infringitur.

mines in officio continendos, quibus leges ſatis non erant putauit: at quo fundamento hoc dixerit, neſcio: nam ſi legum defectu inuenta fuit ab aliquo, oportuit priùs humanas extitiſse leges, & experimētum de earum impotentia ad homines continendos; deindè inuentum de Religione negotium; idcircò debuit, & priùs exiſtere Legislator, & Communitas ſubiecta in cuius beneficium Legilator ipſe leges condiderit, eodem tempore Religionem non extitiſse. At Religio fuit ſimul cum hominibus, cum homine nata eſt, iudicium de illa à natura fuit, vt probant argumenta. Nec Critias aſsignare poteſt ſæculum, tempus, in quo fuit inuenta Religio, & Religionis Author.

Lucianus, & Macchiauellus obſtant exiſtentiæ Religionis.

118 Obſtant ſecundò alij propter Luciani, & Macchiauelli dictatum. Falſum eſt

aſse-

aſserunt omnibus conſonam eſse Religionem; nam ex quo Macchiauelli ſcripta lucẽ videre, totus Mundus Atheis impletus eſt. Confirmatur ex ſapientiorum quęrelis, qui ad peſsimam eradicandam doctrinam verbo, & ſcriptis inſudarunt. Tum ſic ſi ſapientiores inditũ eſſe à Deo lumen de Religione iudicauerant, & quod à Deo, eſt à natura, & quod à natura, tegi impoſsibile eſt, neceſſe non fuerat illa falſa dogmata oppugnare. quia quiſque proprio marte reſpuiſſet: eo prorſus modo, quo quis non affirmaret ridiculum fore ſi toto conatu Philoſophi ſuaderent iudicandum eſſe falſum quodlibet ſimul poſſe eſſe, & non eſſe: ſi ergo Macchiauellum oppugnabant ſignum eſt cognouiſſe ex parte noſtra exiſtentiæ Religionis infirmitatem, aliter trepidaſſent vbi non erat timor. Pa-

Quod ſi Religio eſſet à natura inutilites Machiauellum impugnarent.

ter Elizalda iudicat hominem illum meritò deſpiciendũ potiùs quam oppugnandum, quia multa dixit, nihil tamen probauit, & fatetur libris eius perlectis, nil dignum diſputandi inueniſſe, quod exemplo Valentini Borgiæ conuincit tanti Magiſtri accuratiſſimi diſcipuli, in cuius deplorabilem exitum ipſiuſmet politica præcepta collimarunt: vndè concludit Machiauello grande nomen, magis fecerunt impugnatores quã propria eius ſcripta, ac ſcelera. Reſpondet deindè Sapientes oppugnarunt (& in hoc inſudarunt) Macchiauelli politicã, reddendo explicitũ, quod implicitũ callidè dixerat. Poſuit Machiauellus media politica ad quecumq; finem obtinendum, & hoc manifeſtè; at implicitè Deum, & Prouidentiam negabat. Similis Scorpionibus de quibus loquitur Ioannes facies ha-

Machiauellum duo dixit vnũ implicitum, aliud explicicitum.

habentes mulierum,& væne-
num erat in caudis eorum,
alliciebat proſperitate euen-
tuum, & hæc vltimò termi-
nabat inuænenoſum, & mor-
talem Atheiſmum. Doctores
igitur ad ſceleſtiſſima dog-
mata ſubtus ſternenda,ac de-
ſtruenda, reddiderunt expli-
citum illud, quod implicitè
enunciabat aſſumēdo Deum
& Prouidentiā tanqam prin-
cipium, & ex hoc inferendo
expliciti falſitatem, nempè
politici inſubſiſtentiam per
hunc diſcurſum. Si eſt Deus,
& eius Prouidentia;ergo no-
ſtri non eſt prouidere, & me-
dia, quæ principio aduerſan-
tur nullam habent cum fine
connexionem. Quod eius do-
ctrina deindè non paucos ha-
buerit ſectatores, verùm
vtique eſt quoad explicita,
non quoad implicita; quod
ſatis apparet ex eo, quia
eius ſcripta apud Gallos, Ita-
los, & Hiſpanos vulgata
ſunt,

Doctores inpugnando reddiderunt explicitum, quod erat implicitū.

Doctrinam Machiauelli ſequuti ſunt multi; quo ad explicitum non quo ad implicitum

ſunt, ac cõmuniter eius præcepta nefandiſſimi ambitioſi obſeruant, apud quos numquam inualuit ipſorũ occultum vænenum, quia nec vni veram Religionem non eſſe ſuaſerunt, aut lumen Religionis abſtulere. Validiſſimum de inſtinctu Religionis argumentum, quia quod ex natura eſt, tolli non poteſt.

DECIMATERTIA PROPOSITIO.

Exceſſus probabilitatis vnius Religionis præ alia, eſt ſignũ moraliter euidens Religionis à Deo reuelatæ.

119 SVppoſita ex lumine naturali ac inſtinctu Religione: per quos exiſtentia eiuſdem veræ Religionis comprobata remanet, obligationem ex eodem inſtinctu ad veram ſequendam inferimus,

mus, quam eamdem obligationem omnes Religiones tuentes fatentur; cum non minùs vox omnium Religionem, quam obligationem ad illam proclamet. At ſtante obligatione ad veram, iſta diſcernibilis eſſe debet, aliter Diuina Prouidētia in puncto tā neceſſario deficeret, obligando nempè ad ſequendum id, quod ratione inuenibilitatis ſequi nō poteſt; & ſicuti iniuſtus diceretur Princeps, qui obligaret ad legem vt ſic, ſine legum diſtinctione, nec modo leges diſcernendi; quia teneremur ad id, quod neſcimus, ac nominaremur tranſgreſſores & rei legum inobſeruabilium; ita magnum diuinæ Iuſtitiæ, ac Prouidentiæ eſſet præiudicium, ſi ad id, quod nec cognitum, nec perceptibile erit, obligaret. Hæc ſi pueris ipſis proponantur, non habent vnde reluctent; nam ſi verè concipio

Iniuſtus Deus ſi ſtante obligatione, Religionem diſcernibilem non redderet.

Deum, Prouidentiam, exiſtentiã Religionis veræ, obligationem ad hanc ſequendã, ſequitur inuenibilem eſſe ex neceſſitate veram Religionem. Subſumo nunc, Religio non poteſt eſſe inuenibilis ex inſtinctu, cum fuerit in principio, ſecluſa hæc via; nec ex Articulorum examine, quia oppoſitum concluderetur; nempè veram vt falſam, & falſam vt veram, imò omnem exiſtentem falſam, & aliam fingibilem veram; ergo ſolum reſtat diſcernibilem eſſe ex ſignis veritatis. Habent tamen omnes Religiones ſua ſigna, per quæ ſaltem credibiles redduntur; idcircò vel ſigna ſunt in omnibus æqualia, & tunc rediremus ad difficultatem, quia æque apparerent vera ſignata, ideſt Religiones: Vel inæqualitas ſignorum, id eſt exceſſus ſigni ſupra alia fundabit Religionis veritatem. Et

Digitized by Google

120 Et quidem cum Religionum ſigna ſint probabilia non euidentia, & vnaqueque ſua habere ſigna glorietur, oportuit Diuinam Prouidentiam dare exceſſum probabilitatis in ſignis, vt ſaltẽ ex exceſſu diſcretionem inferamus Religionum; idcircò in materia, de Religione, illa eſt vera, quæ in ſignis exceſſum habebit probabilitatis vndè vltimò firmo moraliter veram eſſe ex terminorum apprehenſione ſequentem propoſitionem. *Illa Religio eſt reuelata à Deo quæ excedit omnes alias Religiones in probalitate ſignorum.*

Religio vera in ſignis probabilitatis falſam excedit.

121 At quomodo inſtabis, componi poteſt ſignum probabile, & propoſitio moraliter euidens: Componitur, quia non dicitur ſignum eſſe euidens; ſed probabile, imò probabilius quocumque alio ſigno, hic tamen exceſſus probabilis cognoſci poteſt

Componitur euidentia cum maiori probabilitate ſignorum.

euidenter per cognitionem euidentem reflectentẽ ſuprà exceſſum probabilem, eo modo quo ſi concludo probabiliter Angelum conſtare ex materia, & forma; non impeditur quin reflectendo non cognoſcam euidenter ipſam probalitatem Angelicæ compoſitionis, ſi ergo vera Religio excedit probabiliter in ſignis alias Religiones, poſſum cognoſcere euidenter talem probabilem exceſſum, aſſerendo euidens mihi eſſe veram Religionem excedere in probabilitate falſam; atquì hic exceſſus euidenter cognitus euidens, eſt quod ſit ſufficens ſignum Religionis verę; ergo poſita exceſſus probabilitatis euidentia, iam habeo euidenter Religionem a Deo reuelatam.

Quia probabilis exceſſus cognoſci poteſt euidenter,

122 Confirmatur, probabile eſt Religionem veram excedere in ſignis Religionem falſam; atqui poteſt mora-

raliter euidenter cognoſci hic probabilis exceſſus; ergo poteſt eſſe vera, propoſitio quæ dicat, euidens eſt moraliter, Religionem veram, excedere probabiliter in ſignis Religionem falſam. Subſumo in materia de Religione illa eſt Religio reuelata à Deo, quæ probabiliter habet maiora ſigna veritatis, & hoc eſt moraliter euidens, vt probaui, ergò euidenter concludo illam, de qua habeo euidentem cognitionem in exceſſu probabili ſignorum eſſe veram.

123 Stabilitur prima propoſitio, nempè illa Religio eſt reuelata à Deo, quæ excedit omnes alias Religiones in ſignorum probabilitate. Duæ Religiones, quarum vna eſt vera, alia falſà non poſſunt eſſe tales primo vt falſa probabilis ſit, non vera; aliter poſſem amplecti ſine ſcrupulo falſam pro vera, nec

Exceſſum probabilitatis ſignum eſſe ſufficiens ſtabilitur, quia aliter prudenter falſam amplecti poſſemus.

nec vt falſa æquè probabilis in ſignis ſit ac vera ; aliter amplectendo falſam pruden-ter operaret vel exiſtimarem vtramque veram. vel vtram-que falſam', vel ſuſpenderem iudicium de veritate ac de falſitate : nam intellectus ex æquali motiuo vel inducitur ad æquale iudicium, vel illud ſuſpendit, nec contrarium intelligibile eſt quæcumque ſit Dogmaticorum ſenten-tia in ordine ad contradicto-rum probabilitatem.

Tum quia alia non extat via inueniendi Religionem,

124 Stabilitur ſecundò. Si occurrerent alię viæ ad ve-ritatem Religionis inuenien-dam, vel eſſet aliorum fides, vel proprium experimētum. Si primum concupita veri-tas non concluditur, quia quiſque propria paſſione in propriam ducitur Religio-nem : Idcircò non merentur fidem, qnod potiori iure conuincitur, quia quiſquē clamat propriam eſſe veram,

ergo

ergo ſi ex aliorum fide tu traheris ad hanc numero Religionem, quare ex Mahumethanorum fide non induceris ad Mahumethanam. Certè aliud effugium non habebis; niſi id, quod impij Cardànus, & Boccacius, nempè in tot Religionum confuſione, quiſque illam in quà natus eſt vt veram teneat, & veriorem credat, quia præ alijs Parentes veriorem propoſuêre, adeòque pro vt ſors naſcendi tulit, omnia procedant, quod eſt maximum blaſphema in materia de Religione.

125 Si ſecundùm videlicet ex proprio experimento, vel hoc erit circà Articulos, & myſteria Religionum, vel ſignorum rationem myſterij approbantium. Si primum moraliter impoſsibile eſt, quia vltrà illegitimum, modum quærendi, operteret ſingula Religionum myſteria librare, earum cauſas, Myſteria experimento non conſtant.

con-

connexiones, & cohærentias ſcire. Omnes illarum Sapientes audire, vt rectum feratur excellentioris myſterij iudicium, quod & indocti, & incapaces facere non præſumunt. Doctis deſunt libri, pecunia, ſalus, indiſcriminatim vita. Dices ſtent ignari Doctorum iudicio; ſed Docti (vt dixi) non poſſunt, quòd ſatis videtur in noſtra Chriſtiana, vbi Theologi vix circà eamdem fidem vnicam veram habent myſteriorū rationem omnes vltimò clamant cum primo Magiſtro O *altitudo Sapientiæ & Scientiæ Dei*. Tum quia in omni Religione & docti, & in docti inueniuntur, cur ergo doctis vnius Religionis, & non alterius eſt credendum? non niſi forſan quia iſti ſunt docti meæ Nationis, & ſic rediremus ad primam viam, ac ad primum modum. Reſtat ergò quod fiat per ſignorum experimen-

mentum, & cognitionem, quod facile & ſine incõmodo fieri poteſt; cum eadem prorsùs ſigna in omni Religione veniant examinanda; his habitis, perpenſis, examinatis, omnia deindè, quæ proponuntur, credantur. Atqui ſi æquè probabiliter, en noua confuſio; ergo ſi diſcernibilis eſt vera Religio, ſaltem haberi debet exceſſus probabilitatis; ergo à primo ad vltimum euidens eſt illam eſſe veram Religionem reuelatam à Deo, quæ excedit in probabilitate ſignorum omnes alias Religiones.

Concluditur inuenibilem eſſe ſola ſignorum diſcuſſione.

DE-

DECIMAQVARTA PROPOSITIO

Religio Chriſtiana habet ſigna veritatis, & probabilitatis & quidem maiora omnibus alijs Religionibus; idicircò concluditur Chriſtianam eſſe à Deo reuelatam.

Solis infidelibus probandus eſt exceſſus probabilitatis noſtræ Religionis.

126 SI illa religio eſt à Deo reuelata quæ habet maiora ſigna veritatis ac omnes alias in veritate excedit, vtique Chriſtiana religio eſt à Deo reuelata, quia maiora habet ſigna veritatis ſupra omnes alias Religiones Comparo nunc cum Chriſtiana Mahumetanam, & Gentilem, & nomine Chriſtianæ intelligo omnes libros tùm veteris, tũ noui Teſtamenti, qui vt canonici recipiuntur à Concilio Tridentino ſeſs. 4. Et quidem fa-

facillimum eſſet negotium ſi cum noſtris Theologis ageremus: nam cum ipſi concedant ſigna credibilitatis moraliter euidentia, quæ alijs Religionibus negant, ſignum eſt nec diſſentiri huic alteri propoſitioni: Ex Religionibus, quæ circunferutur Religio Chriſtiana habet maiora ſigna veritatis & probabilitatis. Solum ergo noſtrum erit bellum cum infidelibus, vel Mahometanam, vel Gentilem tuentibus Religionem.

127 Aggredior igitur primam propoſitionis partem, nempè Religio Chriſtiana habet ſigna veritatis, & probabilitatis. Octo communiter ſigna verę Religionis numerantur, ex quibus quatuor tantumodo ſeligo, primum nempè ſcripturarũ Concordantiam. Secundum, prophæticam pronunciationem. Tertium rationabilita- Seliguntur quatuor veræ Religionis ſigna & Chriſtianæ applicantur Religioni.

ta-

tatem contentorum. Quartum, miraculorum claritatẽ.

1. Scripturæ ſunt concordãtes.

128 Et primo Scriptores noſtræ Religiouis concordant taliter quod nec iota nec apex prætereunt à lege. & aliundè non pauci ſunt in diuerſis temporibus ac circumſtantijs conſtituti; ſignum manifeſtum, quod ab vno eodemque ducebantur Spiritu. Nam quæ ex terminis nota non ſunt, nec ex euidẽtibus deducuntur principijs, vti ſunt myſteria & articuli fidei, qui ſunt ſupra captum & rationem excedunt, multi in eodẽ conuenire impoſsibile eſt, quod Philoſophorum patet experimento, qui in rebus naturalibus ac probabilibus & ſi pro Magiſtris priores habuerint Philoſophos, vnus alteri contradixit. Ita Diuo Auguſtino teſte Antiſtenes & Ariſtippus ambo Socratis Diſcipuli per maximè diſcreparunt,

dum

dum Ariſtippus fælicitatem, in corporis voluptatibus, Antiſtenes in animi virtute ponebat, & Ariſtoteles Platoni magiſtro cõtradixit, nec vnus penè inuenitur, qui in verba magiſtri iurauerit. Nec oppones, vnum ab alio didiciſſe, ac librum prioris priorem legiſſe, quia huiuſmodi reſponſionis inefficacia ex eo patet, quod inapplicabilis ſit ſcriptoribus, qui eodem tempore floruere, ac in diuerſis locis ſcripſerunt; ſicuti Ezechiel, qui eodem tempore Babylone & Ieremias in Iudea profetauit ſine propoſitionum varietate & contradictione.

129 Secundo Pronunciatio prophætica de contingentibus futuris & proprius iuxtà propheriam euentus eſt ſignum Dei, Prophetarum ora dirigentis. At veteris Teſtamenti ptophetiæ nonnullæ adimpletæ ſunt in no-

2. Prophetiæ ſunt verificatæ vel verificabuntur.

Digitized by Google

nouo, aliæ adimplebuntur iuxtà temporis deſignationem. Ergo

3. Summa Christianæ Doctrinæ ad uo reducitur puncta honeſtiſſima.

130 Tertiò ſumma Doctrinæ Christianæ reuelatæ reducitur ad duo capita, quid nempè agendum & quid credendum eſt. In primo eſt, Deum diligere tamquam vltimum noſtrum finem, & proximum ſicut nos ipſos, iuxtà illud Mahttæi 22. *In istis duobus mandatis vniuerſa lex pendet & Prophetæ.* Hæc vero præcepta ita recte rationi conſona ſunt, vt contrarium, videatur eſſe cotra rationem, quod optimè D. Auguſtinus deduxit, ac expoſuit lib. 2. de Ciuit. Dei *Nihil turpe*, inquit, *ac flagitioſum ſpectandũ imitandumq; proponitur, vbi veri Dei aut præcepta inſinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia poſtulantur.* Si credebilia deinde conſideres, nil proponit Sacra

cra Scriptura credendum de Deo, quod imperfectionem aliquam importet, imò nil eſt, quod diuinam non teſtetur perfectionem, nec proponitur credendum, quod omninò incredibile ſit, quia ſi incredibilia eſſent, totus mundus non crederet. Legatur D. Aguſtinus de lege & honeſtate Chriſtianorum, ac de vtilitate credendi.

131 Quartò: miracula deinde facta in atteſtationem veritatis Chriſtianæ, ſi ſemel Deus illa faciens decipere nos non poteſt, eſt validiſſimum præ omnibus alijs ſignum. Quot ſint noſtræ Religionis prodigia metiri difficile eſt. Pleni ſunt Sacri Codices & quotidiè videntur, maximè in perpetuis, quæ afferre longum eſſet, ac contra inſtitutum huius libri, cuius finis eſt ſummariè, quæ Religionis ſunt exponere. Certum eſt tot eſſe, vt omnes 4. Miracula innumera comprobant veritatem.

Ric-

Riccardi ore loquentes 1. de Trinitate cap. 2. exterriti clamare deberent *Domine ſi eſt error, à te decepti ſumus, nam tot, tantiſque confirmata ſunt, vt nonniſi per te fieri poſſent*. Nec robur infirmat de miraculis Antichriſti contrapoſitum, quæ aliundè eius prædicandæ doctrinæ veritatem non teſtificant, quia primò miracula Antichriſti, vt Euangelium aduertit, erunt ex diuina permiſſione propter bonorum exercitium ac confuſionem & punitionem malorum in iudicio vniuerſali. At hîc operæpretium eſt D. Auguſtini doctrinam amplecti libro de vtilitate credendi, vbi miraculum definit quidquid arduum & inſolitũ ſupra ſpeciem, aut facultatem mirantis apparet. Ardua verò duplicis sũt diſcriminis, quædam mira non vtilia, alia & vtilia: Sic hominem veluti

Auem

Auem volitantem, vt feciſſe Simonem Magum acta teſtantur, cernerem, mirarer vtique, nullam autem vtilitatem ac beneficium conſequerer. Si quis deinde ad verbum vnius precipientis, morbo, quo laborabat deſperato, conualeſceret, miraculum illud admirationem ac ſimul beneuolentiam & gratiam conciliabit. Huius generis miracula Chriſti fuere, primi generis Antichiſti ernut ac Diaboli. Accedit quod vel miracula Antichriſti euenient vel non. Non ſecuudum, quia ſi aliæ prophetiæ verificatæ fuerunt, & iſta de Antichriſto verificabitur, vel ſi non euenient ratio oppoſita ceſſat. Si euenient, verificatur ergo propheria Chriſti in hoc quod miracula eueuient, adeoque etiam quoad aliam partem, quod nempè ſint falſa, cum æque vtrumque ſit in Euangelio prędicatum.

Digitized by Google

Miracula Chriſti non fuerunt falſa.

132 Replicabis miracula Chriſti vel Prophetarum in veteri lege fuiſſe falſa. Sed contra quia haud intelligitur quomodo Mundus à patrijs legibus, ad credendum difficilia, ex ſola igniobilium imperitorum, ac infirmorum atteſtatione diſceſſerit, niſi ipſi opera ſupra leges naturæ feciſſent, veritatem propriæ doctrinæ comprobantia; quando non ſolum vulgus & pauperes, ſed potentes & ſapientes, alias carnis ſanguinis legibus deditì, & in doctrina verbis prædicantium oppoſiti, crediderint, quod tot martyres corpora propria flagellis, vngulis, beſtis, igni, ferro ad ipſius defenſionem libentiſſimè obtuliſsent; idcircò & ſi omnia negant miracula, hoc maximum & grande negare non poſſunt, quod Paulus perſecutor, Dionyſius Areopagita philoſo-

Digitized by Google

ſophus, Cyprianus Magus, Auguſtinus Manicheus, ac vno verbo Orbis terrarum totus ſine miraculis, viliſſimis, ac ineptſſimis crediderint homnibus. Nec ipſis licet omnia negare miracula, quia illud mundationis lepræ in ConſtantinoHiſtoria ſacra, & prophana fatetur. Quis dubitat Conſtantinum munificentiſſimè ædificaſſe Baſilicas, Chriſtianis licentiam vt propriam exercerent Religionem, prædicarent, propagerent conceſſiſſe? Ac demum & ipſe Chriſtianus, ſacroſanto Nicæno Concilio interfuiſſe? quæ omnia in tanto viro, ſine miraculo veram Religionem teſtificante, eueniſſe eſt improbabiliſſimum. Ergo abſolutè vera miracula negare, eſt dementia, obſtinatio, & contumacia.

Nonnulla nec à Gentilibus negari poſſunt.

133 Tum qiua percelebre, ſi alia deficient, miraculum eſſet modus, quo

Maximum miraculum eſt prodigioſa propagatio.

per vniuerſum Orbem propagata eſt noſtra Religio. Propagationem nonniſi Deo authore factam fuiſſe circumſtantiæ, naturaliter ad oppoſitum inducentes, ſuadẽt. Continet noſtra doctrina myſteria ſupra naturam talia, vt nec argumentis, nec exemplis ſatis, explanari poſſint; ad alta tendit, ac ſperanda inducit, quæ nec oculus vidit nec auris audiuit; ardua ſeruanda, vtpotè lex contra carnem & ſanguinem. Nè propagaretur deindè totus mundus gladio, vngulis torturis, igne impediebat. Medij propagationis fuerunt Apoſtoli, homines Sapientià mundi, diuitijs, armis, amicitijs pene deſtituti, modo non ſylogizandi, non diſcurrendi, ſed merè proferendi atque narrandi, & tamen *in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum*. Signum

gum ergo fuit altioris, & diuinæ virtutis propagationem fuiſſe. Hoc argumento vtebatur Diuus Auguſtinus lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 5. *Ecce*, ediſſerit, *iam totus mundus credit &c. Si rem credibilem crediderunt, videant quam ſint ſtolidi, qui non crediderunt; ſi autem res incredibilis credita eſt, etiam hoc vtique incredibile eſt, ſic creditum eſſe quod incredibile eſt*. Argumentum quod antea efficaciſſime ſanctus Paulus promouerat; *Videte vocationem veſtram fratres, quia quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus & ea quæ non ſunt, vt ea, quæ ſunt deſtrueret*. Nec ſapientes à ſtultis, nec potentes ab infirmis ſuperari naturaliter poſſunt, vt euidens eſt; ergo præter ſpem ac mundi potentiā hoc diuina virute factum fuit.

134 Hæc ſunt Religionis noſtræ ſigna conciſè ex- Ex Deorum pluralitate ruit Gentilis Religio.

 pli-

Digitized by Google

plicata; Videamus nunc ſupra aliarum Religionum ſignis exceſſum & probabilitatem. Ab Idolatria exordior. Iſtius falſitas, præterquam quod à Deorum pluralitate, quam admittit, euidenter concludatur; eius tamen ſigna improbabilia, ac ineffica ſſima ſunt. Et primò Paganorum Religio crudelitati incumbebat, Dij eorum humano placabantur ſanguine: ſic Bacco & Omeſtæ Sacrificia fiebant de Græco & de Græca. De Gallo & Galla mactatis Ioui. De Rhodiano anniuerſarium Saturno. Simile inſulæ Salaminenſi Diomedi. Dilacerabantur homines Dyoniſio. Satiabatur humanis victimis Diana; ab hac non recedebant barbariè Lacedemonij in Martis cultu, & Fænices in amicorum Sacrificijs Satnrno, & puerorum eidem credentium. Per maxima Paganorum myſte-

Cru lelitati incumbebat.

ſteria, quæ credenda offerebantur, omni obſcenitate. adimixta & prophana fuere. Dies præcipiebantur ſacri talibus celebrandi ſpectaculis, vt ipſis intereſſe Catonem Gentilem, ac inter Republicę Rom. Senatores anteſignanũ puduit. Ita Martialis initio Epigramm. 1. Gellius 10. 13. Valerius Maximus libro 11. cap. 10. Latrocinia, quibus ius alteri læditur, nullam inducebant infamiam, nulla illorum extabat prohibitio; hæc extrà finem omnibus, intra finem Ægyptijs, & Spartanis permiſſa fuere. Vltio virtuti adſcribebatur. Stupra, & Adulteria, marium cũ maribus concubitus, Deorum exemplo, honeſtatis nota declamabant. Finis deindè Idolatrarum erat fœlicitas, deſiderio eorũ, quibus abundabant in terris, permixta, & fęlices ipſi Dij vnus alium inſidiabat in honore, alij li-

Scelera permittebat.

bidinibus ſcatebãt, & omnes à quacuuque longè honeſtate, Cœlum ipſum gloriæ, & Beatitudinis tabernaculũ in Lupanar conuerterant. Legantur Gentilium Theologi, Homerus, Eſiodus, Orphæus.

Nulla vera ſplenduit Prophetia.

135 Secundò Oraculorũ prophetiæ taliter ambiguæ fuere, vt ex quocunque euentus bonam interpetrationem accipere potuiſſent, quod ſi aliquam fermè claram, & impletam conſpicimus, haud ab omniſcia mente deriuaſſe concludendum eſt; quia ex naturalium cauſarum connexione præſentiri poterat, ſicuti, & Medici probabiliter ex cauſis naturalibus mortem, vitam, receſſum, & acceſsum febriũ coniecturant. Et ratio eſt, quia in omnibus omniſcia mens verùm dicit, & ſi in vno vel in alio decipitur, Deus loquens non eſt; idcircò ſi multa falſa oracula prædixere vera, nonniſi for-

tu-

tuitò vel per cauſas naturales diſcurrendo pronunciarunt.

136 Tertiò miracula, quæ Pagani ad ſuæ Religionis cõmendationem afferunt, vt conficta, à ſapientiſſimis inter ipſos ſpernuntur. Liuius lib. 27. in initio: *Quæ ante conditam, condendamue Vrbem, poeticis magis decora fabulis, quàm incorruptis rerum geſtarum monumentis traduntur, ea nec affirmare, nec refellere in animo eſt. Datur hæc venia antiquitati, vt miſcendo humana diuinis, primordia Vrbium auguſtiora faciant*. Videantur alij apud Grotium in annotatione ad librum quartum. Vnum certum denuntio, miracula illa non fuiſſe idonea, teſtium fide ſuffulta, quia quæ narrant, dicunt contigiſſe nocte coram vno, vel duobus ad ſummũ teſtibus, inducentia dumraxat admi-

Conficta fuere miracula.

Digitized by Google

rationem, nullam prorſus vtilitatem. Deludebantur Gentiles ope Dæmonum præſtigijs, dum qui ad vitam reuocati viſi ſunt, viuentium functiones non exercuerunt, nec in vita permanſerunt. Nec modus Propagationis miraculoſus fuit, quia innixus ſapientium iudicio, & authoritati. Proponebantur credentibus humana noſtris rebus ſimilia, corporalia, ſenſibilia, nil quod diuinam redoleret virtutem. Deſtituta deindè vi humana, tanquam magnæ domus ſublatis fundamentis, cōcidit, ruit; nam tanta erat eius imbecillitas, vt ad doctrinæ Chriſtianæ fulgorem prorſus euanuit. Multa, & multa copioſè enumerari poſſent, at alij diligentiſſimè adnotarunt, & mei inſtituti ſummariè inquirere eſt. Verùm Mahumethanam nunc aggrediamur.

Digitized by Google

137 In Mahumetana primò, ſi inſpiciatur rationabilitas contentorum parum à Gentili differt. Laxat ipſa carnis habenas, vni viro multas proſtituendo fœminas, omnem libidinis turpitudinem ſuis permittendo, & nedum hoc in vita indulget, ſed in altera beatitudinem in talibus oblectamẽtis collocat. Facit Deum omnium peccatorum authorem, præcipientem adulteria, vocat illum fraudolentem, decipientem. Aſſerit cõtradictoria, & mendacia, quia capite ſecundo de familia Amrani, & cap. 1. de Maria dicit Mariam Virginem eſſe Mariam Amrani filiam, Sororem Moyſi, & Aaron. Templum Mechæ eſſe omnium antiquiſsimum. Cap. de Iona, quod Diaboli audierint Alchoranũ, ipſum crediciſſe, in præmium gloria fruituros, & alia innumera, quæ legi poſſunt in Biblio-

Similis Gentili in ſignis eſt Mahumetana.

bliotheca Theologica Reu. P. Dominici à SS. Trinitate libro 4. ſect. 8. cap, 4 Quanta deindè oppoſita? nunc aſſerit, nunc retractat, nunc deſtruit quæ extruxerat. Dicit capita Alchorani eſſe Medinenſia vel Mechenſia, ideſt compoſita partim Mechæ, partim Medinæ; & tamen cap. de *Vacca*, cap. *de Fumo*, cap. *Elcadar*, & cap. *de Alchorano* aſſerit capita omnia ſimul fuiſſe accepta in nocte quadam menſis Ramadan, ideſt Menſis Iulij. Cap. 1. & 4. ait Chriſtianos, Iudæos, necnon Paganos ſalutē adepturos; cap. 2. negat. Quanta etiam fabuloſa, & vanè confecta? itaut totū Alchoranum videatur quedam fabella ineptiſsimis dictis, & inueriſimilitudinibus compacta.

Mendax eſt ac contradictoria aſſerit.

Deſunt Prophetiæ.

138 Secundò, deſunt prophetiæ & miracula; idcirco modus propagationis ſitus

eſt

Digitized by Google

eſt in tyrannide, in gladio, vi & armis. Prohibentut ſtudia, ne legis ratio, vel motiuum aſsignetur. Ex his & alijs, quæ liquidò afferri poſſent, concluditur exceſſus noſtræ Religionis ſupra Paganiam, & Mahumetanam: nam ſcriptura noſtra continet rationabilia, præcipit quoad mores virtutes. Illæ Gentilium & Mahumetanorum cõtinent Deo indigna, præcipiũt vitia, & turpia; prima finem ſanctũ, excellentem, perpetuum, ſatiantem præfigit. Secundæ finem animalium potiùs quàm hominum promittunt, vtpotè conſtituentes beatitudinem in coitu, & gula. Deficiunt hìc prophetiæ, innumeræ ibi habentur. Floret miraculis in cõprobationem Scriptura Sacra, nullis fulcitur Gentilis, & Mahumetana. Iſtæ armis, & potentia propagatæ; illa Diuina virtute. Vt negaretur Scriptura mun-

In lancæ librãtur ſigna Religionum, & cõcluditur Chriſtianam excedere in ſignis alias Religiones.

Digitized by Google

mundus vi, & armis contendebat: vt illam defenderent centena millia Martyrum, vitam ſpreuere. Sectatores aliarum vitioſi, mendaces, ſuperbi, ambitioſi. Sectatores Sacræ Scripturæ humiles, mundi comtemptores, virtuoſi; igitur hac, etſi breuì comparatione, niſi in meridiana luce placeat cœcutire, non videtur palam ſine vllo diſcrimine, non ſolum exceſſus probabilitatis, ſed abſoluta probabilitas noſtræ Religionis, ac improbabilitas abſoluta alienigenarum? Firma ergo ſit propoſitio aſſumpta; nempè Religio Chriſtiana continens Scripturam Sacram veteris, & noui Teſtamēti habere ſigna probabilia, & maiora Religionis Paganæ, & Mahumetanæ.

Adeoque eſſe à Deo reuelatam,

139 Facilè nunc negotium erit concludere Religionem Chriſtianam contrà Gentiles, & Mahumetanos eſſe

eſſe reuelatam à Deo. Nam moraliter euidens eſt, illam Religionem eſſe à Deo reuelatam, quæ habet maiora ſigna veritatis; ſed euidens eſt Religionem Chriſtianam habere maiora ſigna veritatis ſupra Gentilem, & Mahumetanã; ergo moraliter euidens eſt eſſe à Deo reuelatã.

DECIMAQVINTA PROPOSITIO.

Ex antedictorum poſitione infertur contrà Hebræos Religionem Chriſtianam eſſe veram.

140 HEbræi nunc ad hominem conuincuntur, & fateri coguntur, vel ſuam eſſe falſam, vel ſuam, & Chriſtianam eſſe veram, adeòque ſolam Chriſtianam veram. Sumo vetus Teſtamentum, & fingo nullum ad- Vetus Teſtamentum habet æqualia ſigna ac nouum.

adhuc nobis innotuiſſe Euangelium. Certè ſcriptura antiqua eſt reuelata à Deo; vndè noſcis ò Hebræe eſſe à Deo reuelatam? Si placet ſupradictus modus, vtpotè conuincens, dices, quia habet maiora ſigna probabilitatis ſupra omnes aliàs Religiones; nempè veras prophetias, contentorũ rationabilitatem, finem rationabilem, miracula confirmantia, prodigioſam propagationem. Innoteſcat nunc Euangelium. In ipſo inuenio æqualia. & eadem prorſus ſigna; ergo cum non habeas id vndè falſitatem deducas, oportet fatearis, Euangelium eſſe etiam reuelatum à Deo, adeòque omnia ibi contenta, & dicta eſſe vera, non minus quàm dicta, & cõtenta in veteri Teſtamento. Atqui in veteri multa obſcurè promittuntur, quæ deindè explanantur in nouo; ergo ita explicari debent, ſicut explicatur

Æquè ergo ſunt reuelata à Deo, nec vnũ alteri contradicit.

cãtur à nouo. A nouo explicatur quod Chriſtus eſt Meſſias;ergo ita eſt. Atqui adueniente Meſſia, ceſſat lex Cœremonialis; ergo iſta ceſſauit, & remanet vera lex Euangelica cum omnibus alijs legis veteris. Hoc argumentum forſan ab aliquo contẽptibile iudicatum, mihi videtur efficaciſſimum, quia eſt ad hominem, & conuincit, omnia deſtruendo Hebræorum vaniſſima effugia, quibus ad hæc, vſque tempora Doctorũ deludũt rationes, & ſcripturarum experimenta. Præſcindo à textibus Scripturæ, à Sanctorum Patrum explicatione, longa quidem eſſet diſquiſitio, nec annorum ſtudio, nec vita vnius tantùm terminabilis.

141 Omnia reduco ad hoc vnicum punctum. Si Hebræi volunt vetus Teſtamentum eſſe à Deo reuelatum, neceſſe eſt velint etiã nouum eſſe

Æquè currunt ſolutiones, ac difficultates.

eſſe à Deo reuelatum. Afferant in medium ſigna reuelationis illius; afferam, & ego ſimilia reuelationis Euangelii. Dicant, illos eſſe verè libros Moyſi; ex eadem ratione dicam Euangelium eſſe Matthæi, Lucæ, Marci, Ioannis, Acta Apoſtolorum Lucæ, &c. Non ponant in dubium miracula Moyſis; nec ponere iu dubium poſsunt miracula Chriſti Sic ſemper æquali paſſu currendo, vtrique brauium veritatis reuelationis, & circa Scripturam, & circa Euangelium, obtinebimus. Sunt ambæ igitur à Deo reuelatæ. Prima dicit obſcura, quæ non contradicunt ſecundæ; imò videntur per ſecundam verificata, ac ita eſſe teſtatur Euangelium. Ergo à primo ad vltimum lex Euangelica conformis Scripturæ, & derogans Cœremonias eſt vera lex. Hic arguendi modus eſt Ter-
tul-

tulliani, qui regulas præſcribens arguendi contra Hebr. cap. 15. de præſcriptione aſſerit: *Ergo non ad ſcripturas prouocandum eſt, nec in his conſtituendum certamen, in quibus aut nulla, aut incerta victoria, eſt. Nam etſi ita nõ euaderet collatio Scripturarum, vt vtramque partem parum ſiſteret, ordo rerum deſiderabat illud priùs proponi, quod nunc ſolum diſputandum eſt; quibus ſcilicet competat fides ipſa; cuius ſint Scripturæ, à quo & per quos & quando, & quibus ſit tradita diſciplina, qua fiunt Chriſtiani: vbi enim apparuerit eſſe veritatem diſciplinæ, & fidei Chriſtianæ, illic erit veritas Scripturarum, & expoſitionum, & traditionum Chriſtianarum.* Subſumo nunc veritas diſciplinę apparet eſſe in Chriſtiana; ergo hæc eſt vera; hæc docet Meſſiam veniſſe, eſſe

fi-

Digitized by Google

filium Dei, per ipſum legem veterem completam fuiſſe: ergo, &c.

Quod Meſſias venerit ex Euangelio demonſtratur.

142 Confirmatur, ſi ſemel quod Euangelium dicit eſt à Deo reuelatum, & firmiter credendum, ſequentes propoſitiones Hebræis propono. Ioann. 1. 14. *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*: Ex eodem Ioann. cap. 4. 25. *Cum ergo venerit ille, nobis annunciabit omnia*, dicebat Christo mulier Samaritana: dicit ei Ieſus *ego ſum, qui loquor tecum*. Idem c. 11. 27. *Credis hoc? utiq; Domine ego credidi, quia tu es Chriſtus filij Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti*. Matthæi 26, 64. *Tu es Chriſtus filius Dei? dicit illi Ieſus: Tu dixiſti. Verumtamen dico vobis, amodo videbitis filiū hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus Cœli*. Marci 14. 62. *Tu es Chriſtus filius*

lius Dei benedicti? Ieſus autem dixit illi: ego ſum. Lucæ 22. 67. *Si tu es Chriſtus dic nobis. & ait illis: Si vobis dixero, non credetis, ſi autem, & interrogauero, non reſpondebitis mihi.* Act. Apoſtol. c. 17. 3. *Per ſabbata tria diſſerebat eis de Scripturis, adaperiens, & inſinuans, quia Chriſtum oportet pati, & reſurgere a mortuis, & quia hic eſt Ieſus Chriſtus quem annuncio vobis.* Capit. 18. 28, eorumd. *Vehementer enim Iudæos reuincebat, publicè oſtendens per ſcripturam eſſe Chriſtum Ieſum.* Hæ igitur propoſitiones, vtpotè à Deo reuelatæ, firmiter credendæ ſunt. Atqui Meſſiam expectatum, Patribus promiſſum, à cunctis deſideratum, veniſſe declarant; ergo quod Meſſias venerit credendum eſt.

143 Multiplici reſponſione vim argumenti tentant in-

Triplici reſpõſione vim argumenti tentant eludere Hebræi.

infringere Hebræi. Primò aſſerunt miracula Chriſti ope demonum facta fuiſſe. Secundo, artes magicas Chriſtum in Ægypto didiciſſe, cuius ope deinde mirabilia effecerit. Tertio, miracula Ieſu cuidam arcano aſcribunt, quod poſuerit in Templo Salomon, à nullo niſi à Chriſto lectùm; nam alijs duo leones per mille ante annos cuſtodientes prohibebant. Quarto, Deus eſt immutabilis ergo non potuerat legem aliam ab antiqua diuerſam reuelare.

Virtute Dæmonis miracula Chriſti non fuere,

544. Verum enim verò hæc Hebræorum effugia ſatis ſupra, miracula Chriſti probando, impugnauimus. Nonnulla nunc ad vberiorem doctrinam addo. Et primo, ope Dæmonum miracula Chriſti fieri vaniſſimum eſt aſſumptum; ſi enim Chriſtus ad ſternendos ac vincendos demones venit, illos è corporibns eijciebat obſeſſis

ſis, vbi doctrina & dogmata eius innotuerunt, funditus Dæmonis poteſtas confracta eſt; quomodo deindè Dæmonum ope ac auxilio, miracula efficere potuerat? Tum quia miracula Chriſti, vtpotè ſupra naturam, dæmonum virtutem excedebant, qui à naturali ſphæra limitantur, ac ſolum applicando actiua paſſiuis, inſolita opera efficiunt. At, dicant, Moſes, Elias, alijque veteris legis Prophetæ effecerunt ope Diaboli prodigia? Negant aſſeueranter, cur ergo & Chriſtus, Dei Omnipotentis brachio innixus, talia opera non patrauit? quænam maior ratio relucet in Moſe, quæ non militat in Chriſto?

145. Secundo, Chriſtum artes magicas didiciſſe eſt diabolicum inuentum. Deducunt hoc ſolemne blaſphema ex eo quod Chriſtus Ægypti moram fecerit; natus

Artes magicas Chriſtus non didicit,

tus, inſtructus ac per longum tempus moratus eſt Moſes in Ægypto, arteſque magicas non didicit; nec ergo Chriſtus. Tum quia vi artis magicæ opera, quæ & Diabolus valet efficere, magus efficiet, nec vltro alia ſuperioris ordinis operabitur; at Chriſtus, vt ſupra dixi, fecit vera miracula, non ficta & apparentia, ſed realia. Quod ſi dicent talia prodigia arte magica fieri potuiſſe, peto, quare & magi ipſi arte pollentes ac magiſtrj ſimilia non effecerunt? quare Iulianus Apoſtata, qui ex omnibus orbis plagis huiuſmodi nebulones vocauit ad hoſque inquirendos nullis impendijs pepercit, vt & ipſum inſtruerent ac diabolica arte adiuuarent, vnum verum miraculum non legitur effeciſſe?

Eſt fabula arcanum verbum Salomonis à Chriſto lectum

146. Tertio eſt fabula, arcannm Salomonis, vndè ha-

Digitized by Google

habuerunt Hebræi? nullam mentionem de tali verbo occulto ac potentiſſimo facit Scriptura. In Templo leones non fuere, ſolum duo ſeraphim aurei cuſtodientes arcam extabant, eam alis entenſis hinc indè tegentes. In arca conſeruabantur virga Aaron, manna, & legis Tabulæ. Chriſtus deindè numquam ingreſſus eſt interiora Templi, quia Sacerdotum dumtaxat erat priuilægium illud: ſicuti Sancta Sanctorum viſitare vno die anni, ſolius ſummi Sacerdotis. Tum quia peto, quare leones ſolo Chriſto & non alijs permiſere arcani verbi lecturam? & poſt lecturam Chriſti receſſerunt leones vel ne? ſi receſſerunt, & alij legere potuiſſent, adeoque in ipſus virtute magna prodigia facere. Si non receſſerunt, quandiù in cuſtodia durarunt? Adde ſi Salomon ver-

bum ſcripſit, verbum ſciuit, & tamen non legimus mirabilia in verbo feciſſe. Accedit Templum deſtructum ac combuſtum à Nabuſardam principe exercitus Reges Babylonis 4.Reg.cap.25. 9. *Et ſuccendit domum Domini, & domũ Regis, & domos Ieruſalem*. Conſequenter combuſti ſunt Leones verbi arcani cuſtodes, tum etiam deleta fuit ſcriptura, vel in cinerem redacta. Deindè poſt reædificationem templi, Romani, qui cum Pompeo templum ingreſsi ſunt, tale aliquid non comperiſſe eſt indubium, quia ſaltem Ioſephus, ac alij illius ætatis hiſtoriographi notauiſſent, ac publicaſſent.

Deus ex legis Euangelicæ reuelatione non mutatus eſt.

147 Quartò nunquam Deus mutatus eſt, quia legem duraturam ad Meſsiam vſque prænunciauit, imò mutabilis argueretur ſi legem Euangelio non compleuiſſet; ipſe

ipſe namque per Ieremiam prohetam cap.3.31. pactum nouum, ſeù legem nouam ſe daturum promittit, quæ eſt lex gratiæ, & Euangelij, his verbis: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum; non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum, in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerē eos de terra Ægypti: pactum, quod irritum fecerunt, & ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus: Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum.* Tum quia Deus legem in Sina dedit Moyſi addentem multa ſupra legem naturæ, nec mutatus eſt; ergo per hoc quod legem Euangeli-

cam Chriſtus dederit, derogantem multa legis veteris, Deus non eſt mutatus.

DECIMA SEXTA PROPOSITIO.

Euidentia morali conſtat libros ſacros tum veteris, tum noui Teſtamenti illorum fuiſſe quibus adſcribuntur, adeòque ſigna Religionis ibi notata, non ambigendum eſt eſſe vera.

Libros nō eſſe eorum, quibus aſcribuntur, effugere.

140 Pondere argumenti preſsi noſtræ Religionis exteri ad vltimum recurrunt effigium, nempe non eſſe certum an ſigna Religionis Chriſtianæ fuerint eo modo quo narrantur, quia forſan libri in quibus inueniuntur, non ſunt Authorum, quibus adſcribuntur; & ſi ſunt vndè magis vera quam ficta

ficta continere colligitur ? Exponunt miracula, notant prophetias, nos autem nec illa videmus, nec iſtas verificatas experti ſumus. Verùm enim verò primò, hoc effugium eſt impertinens, & deluſorium; quia ſtante dubio librorũ Chriſtianę Religionis æquè vrgeret aliarum Religionum dubium; idcircò nec poſſemus libros incertos cõparare, nec ſigna Religionum inquirere, ac vno verbo, nec veram Religionem inuenire; quia niſi Deus daret credenti ſignorum experientiam, iſte ex vi librorum referentium, ſemper in ſuppoſito dubitaret. In materia igitur de Religione, non ſolum diuinæ prouidentiæ eſt dare ſigna, & excedentia comparatiuè; ſed etiam aduertere, & nos corrigere, ſi libri Authorũ, quibus adſcribuntur non eſſent, vel fideliter ea quæ continent non

Ratio militat contra omnes Religiones.

Incumbit Diuinæ Prouidẽtiæ corrigere in caſu erroris

afferrent ; aliter quiſque poſſet proprio Marte fingere libros, & Religionem vndequaque ſuffultam prodigijs, ac miraculis inducẽtibus ad aſſenſum illius veritatis nouæ præ alijs, etiã Chriſtiana.

Demonſtratur libros eſſe genuinos.

149 Secundò, probo directè omnes libros veteris, & noui Teſtamenti eſse veros. Libri illi habiti ſunt vt genuini ab omnibus ætatibus proximè, & continuata ſerie ſequentibus: ergo verè ſunt genuini. Conſequentia hæc eſt manifeſtiſsima, quia aliũ non eſt excogitabile ſignum, quam conſtans ſuccedentium ętatum conſequentium teſtimonium; hinc Auguſtinus contrà Fauſtum Manichæum adulteratos fingentem libros noui Teſtamenti, ex illo eodem antecedenti oppoſitum probat: *Platonis*, inquit, *Ariſtotelis, Ciceronis, Varronis, aliorumque eiuſmodi authorum libros, vndè*

no-

Digitized by Google

nouerunt homines, quod ipſorum ſint, niſi eadem temporum ſibimet ſuccedentium attestatione continua? Multa multi de literis Eccleſiaſticis conſcripſerunt, non quidem authoritate canonica, ſed aliquo adiuuandi ſtudio, ſiue diſcendi; vndè constat quid cuiuſque ſit, niſi quia his temporibus, quibus & quiſque ſcripſit, quibus potuit inſinuauit, atq; edidit, & indè in alios, atque alios continuata notitia latiuſque firmata ad poſteros etiam vſque ad noſtra tempora peruenerunt, itaut interrogati cuiuſquiſq; liber ſit, nō hæſitemus, quid reſpōdere debeamus

150 Certè libri non deſunt ſuppoſitij, at hi ſciuntur, nec controuertuntur, & ſaltem ſi nullum extat inditium, quod ſint apocryphi, & aliundè ſucceſſionem continuatam habemus veritatis de illis dubitandum non eſt.

Exponitur antecedens argumenti.

Veniamus nunc ad Antece-dens. Primò libri noui Te-ſtamenti quoad Euangelium Matthæi à Clemente Romano, qui Apoſtolorum tempore vixit, ab Ignatio, Polycarpo, & Papia Ioannis diſcipulis teſtificatur. A Cerintho hæretico Apoſtolorum coętaneo admittitur: Succeſsit deindè Iuſtinus Martyr, poſteà Anthenagoras; huic Irenæus, qui vno ore, & laudarunt, & admiſerunt; nonnulli ex ipſis Euangelium etiam Marci comprobarunt, quibus additur Porphyrius confirmans antiquitatem Euangelij Marci, dum illum carpit. Non minus ab ijſdem Euangelium Lucæ commemoratum fuit, & Cerdo & Marcio, alijs reiectis, illud amplexi ſunt. Idem dicendum venit de actibus Apoſtolorũ. Teſtimoniũ antiquitatis ipſorum eſt Philoſtratus Seuero Auguſto coęuus, qui Multa

de

dè actis in Apollonium ſuum tranſcripſit. Euangelium Ioannis comprobatur à Iuſtino Ioannis ætati proximo. Irenæus, Clemens Alexandrinus. Prima verba eiuſdem Euangelij vſurpat Amelius Platonicus philoſophus diſſerens de rerum origine. Tres Epiſtolæ Ioannis. Quoad primam teſtis eſt Papias auditor Ioãnis, laudant Irenæus, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Dionyſius Alexandrinus libr. 2. de promiſſionibns. Secunda deindè, & Tertia deducitur ex Clemente Alexandrino Strom. 2. qui primã Epiſtolam citat vt maiorem: ergo oportet Ioannis eſſe reliquas duas, quas idem Clemens inter ſacros libros connumerat in libris ὑποτυπωσεῶν ita Euſebius hiſtor. lib. 6. cap 54. Ex ſecunda accipit teſtimonia Tertullianus de Charit. Christi cap. 24. nonnullas ine

ſtantias cōtrà duas illas Epiſtolas vide apud Huetium in probatione primæ propoſinis, quas ſoluit, & non paucos in cōprobationem affert teſtes.

151 Apocalypſim quoad ætatem, nemo ambigit eſſe Apoſtoli; tradit Iuſtinus, affirmat Irenæus. Euſebius Hiſtor. lib. 3. cap. 23. ad annum XIV. Domitiani hæc habet: *Domitianus alter à Nerone, Chriſtianos perſecutus eſt. Sub eo Ioannes Apoſtolus in* Pathmos *relegatur, vbi Apocalypſim vidit, quemadmodum declarat Irenæus*, Conſentit etiam Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Apollonius aduerſus Cataprygas, Origenes, ac plurimi propemodum alij.

152 Epiſtolæ Pauli Apoſtoli. De ipſis mentionem facit Petrus in poſteriore Epiſtola, Clemens, Polycarpus,

Ante-

Antenagoras, Tat anus, Clemens Alexandrinus Strom.2. Epiſtola Iacobi indicatur ab Euſebio lib ſecundo Hiſtoriar. capit. 23. libro tertio cap.25. & lib.6.cap.14. Cyprianus, Origenes, Euſebio antiquior. Athanaſius in Synopſi, Gregorius Nazianzenus in carmine de lib.canonic. Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Iacobum.

153 Duæ Petri Epiſtolæ. de prima ait Euſebius: *Hac, priſci Presbyteri, vt authoritates neutiquam cõtrouerſæ, in ſuis ſcriptionibus vſi ſunt.* Teſtimonia ab ipſa petiere Polycarpus Chriſtiana Doctrina ab Apoſtolis imbutus; Papias diſcipulus Ioãnis, Irenæus, vt notat Euſebius lib.4 cap.14.lib.5.cap.8. Quoad ſecundam cognita fuit inter Canonicos libros à Clemente Alexandrino, ab Athanaſio in Synopſi, & à Grego-

rio in a minibus, ac apud alios innumeros. Videantur apud Authores,

Prima inſtantia ſoluitur

154 Dices primò. Multa olim circumferebātur Euangelia, ſicuti, & acta, ac Epiſtolæ, quæ omnia cenſura ſua notauit Gelaſius Papa; ergo non ſatis conſtat de librorum veritate. Reſpondetur illa ratio, quæ firmat genuinorũ librorum authoritatē petitā ex ſuffragijs continuata ſerie ætatum; illa eadem apocryphorum authoritatē diluit, quia ſemper Canonicos vti veros, alios vt apocryphos habuerunt Catholici.

Secunda inſtantia contra communem conſenſum eneruatur.

155 Dices ſecundò. Multos noui Teſtamētι libros ab Hęreticis repudiatos fuiſſe; ergo non eſt cōſtans omnium cōſenſus admittens. Reſpondetur, Hæretici, vt cauſæ ſuæ vnuſquiſque ſeruiret, libros mutilabant, nonnullos ſpernebant. Et Santa Eccleſia,

ſia, quæ ab initio tramitem tenuit, conſtanter perſeuerat in libris, qui continuata ſucceſſione, vt veri ſemper habiti fuere. Nec in arbitrio hæreticorum eſt, nunc veros, nũc falſos proclamare libros, cum, & ipſi, iuxtà oppoſitionem quam in ſacris libris inueniunt contrà ſceleſtiſſimata dogmata, tentant ijſdem libris fidem labefactare.

156 Verum ergo ſit continuata ſucceſſione antecedentibus ætatibus (quia de temporis proceſſu nõ eſt ambigendum) libros noui Teſtamẽti fuiſſe receptos; ergo verè ſunt genuini. & illorum quibus adſcribuntur, & veraces ſunt.

Concluditur vt ſatis probatũ, antecdens.

157 Confirmatur, quia hiſtoriæ contentę in nouo Teſtamento ſunt veraces; nam illa hiſtoria verax eſt, quæ res geſtas ita narrat, vti narrantur in multis libris coętaneis, vel proximis ætati, qua res geſtæ

Confirmatur librorum veracitas ex concordantia exterorum Scriptorum.

geſtæ ſunt; huiuſmodi ſunt noui Teſtamēti hiſtoriæ;ergo ſunt veraces,adeòque etiam veri, & canonici libri. Maior eſt certa, quia non aliter ſciri aut credi poſſunt quecunque oculorum teſtimonio non cognouimus, alioquin nec ego crederem Oceanum eſſe, nec Cæſarem vixiſſe, nec Neronem. Minor oſtenditur. Primo, de Ioanne Baptiſta teſtis eſt Ioſephus vterque, Matthiades, & Gorionides. Ioſephus quoque meminit Iacobi fratris Ieſu, ac ipſius Chriſti, tum etiam Quirinij, Pontij Pilati, Feſti, & Felicis Caiphæ, Herodis, Herodiadis, & Agrippæ. Vixiſſe Ieſum memorat Ioſephus, Suetonius, Tacitus, Plinius iunior, Porphyrius, Phlegon Trallianus, Cęlſus, Numerius, Lucianus. Fuiſſe natum Chriſtum ex Virgine vxore Fabri agnoſcit Cęlſus Chriſtianorum hoſtis. locum fuiſſe

Bet-

Bethlehē probāt Tabulę cenſuales Romanorum. Nouum Sydus apparuiſſe poſt Chriſti ortum, non inficitur concedere Iulianus. Infantum occiſionem Auguſtus memorabile dicto cōfirmauit: *Præſtare Herodis porcum eſſe, quàm filium*, vt refert Macrobius in Saturnalibus. Miracula Chriſti confeſſi ſunt Hebræi Talmudici operis cōditores, Cælſus, & Iulianus. Non terminaretur hoc opuſculum, ſi omnes referri deberent, videatur Huetius in propoſitione tertia, qui didiſertiſſimè omnia puncta exterorum auctoritate, ac Gentilium corualidat. Hinc conſulendo breuitati, alio confirmo argumento. Libri Canonici noui Teſtamenti, & etiam veteris illi ſunt, quos Deus per reuelationem confirmauit eſſe; ſed Deus confirmauit illos eſſe, quos Eccleſia Cattholica numerat; ergo

ergo illi ſunt. Minor probatur, quod Eccleſia Catholica determinat per Deum in ipſa loquentem determinatur; atqui ipſa determinauit tales eſſe, & non alios libros canonicos; ergo illi ſunt. Aſſumptũ patebit in ſequenti propoſitione.

DECIMASEPTIMA PROPOSITIO.

Inter expoſitiones Scripturæ illa eſt à Deo reuelata, quam Catholica hodiè profitetur Eccleſia.

158 Concluſũ eſt ſcripturam veteris & noui Teſtamenti eſſe à Deo reuelatam, & falſas indè omnes & quaſcunque alias religiones Sanctæ Scripturæ oppoſitas, ex concordantia

etiam

Digitized by Google

etiam ſcripturarum, ac infallibili earum veritate, contumaciam Hebræorum emolliuimus. Nunc ſectarios omnes, ac infenſiſſimos Chriſtianæ Religionis hoſtes conuincendi ſunt eadem prorſus methodo, quam ſupra inſinuauimus: nam non minus diuinæ Prouidentiæ incumbit reddere inuenibilem & diſcernibilem Religionem veram præ falſa, in concurſu Religionum, quam reddere inuenibilem; inuenta iam Religione. expoſitionem veram in concurſu multarũ expoſitionũ &c. quid mihi prodeſſet ſtudio ac labore probaſſe vetus ac nouum Teſtamentum eſſe Religionem à Deo reuelatam, ſi confunderer denuo inter tot tantaſque Sacræ Scripturæ expoſitiones? Scio propoſitionem hanc: Hoc eſt corpus meum, eſſe à Deo reuelatam; ſunt ſexaginta li-

Diuinæ Prouidentiæ eſt reddere inuenibilem veram S. Scripturæ expoſitionem.

illius propoſitionis expoſitiones, vtique vna eſt vera, & verbis ſcripturæ cohærere debet: ſi vera expoſitio eſſet inuenibilis, poſſem & Caluinianam, & Lutheranam & Magdeburgenſem expoſitionem amplecti abſque hæreſis infamia, quia præſumptio veritatis æque eſſet pro omnibus; & hæretici ſolum illi dicuntur, qui errant; error autem non diſcernitur niſi per receſſum, à veritate; ſi hęc ergo non eſſet inuenibilis, nec cognoſceretur, vanè, & imprudenter hæreticus potius Caluiniſta nominaretur quàm Catholicus. Inuenibilis ergo debet eſſe vera ſcripturæ expoſitio; ergo non niſi per ſigna veritatis, non æqualia, quia rediret difficultas: ergo inequalia & excedentia. Verum ergo eſt quod inter omnes expoſitiones ſacræ ſcripturæ; quæ circum-

Vera axpoſitio eſt, quæ habet maiora ſigna veritatis.

ſumferuntur, illa eſt vera expoſitio reuelata à Deo, quæ habet maiora ſigna veritatis & probabilitatis. Atqui expoſitio Eccleſiæ catholicæ gaudet huiuſmodi ſignis; ergo eſt vera expoſitio reuelata à Deo.

159 Minorem probo, numerando ſigna veritatis Eccleſiæ Catholicæ, & primò nomine Eccleſiæ Catholicæ venit hic Eccleſia Chriſtiana prout diſtincta ab Eccleſijs hæreticorum. Nam Chriſtifideles cęperunt Chriſtiani appellari primum Antiochiæ; quia vero hæretici mox orti ſunt, qui ſe eſſe Chriſtianos nominabant, inuentum eſt cognomen ſeiunctum, nempè Catholici, quod indicauit Pacianus Epiſtola prima; *Chriſtianus*, inquit, *mihi nomen eſt, Catholicus verò cognomen: illud me nuncupat, iſtud oſtendit: hoc probor, indè ſignificor*. Eccleſia nunc Ca- Eccleſia Catholica eſt Eccleſia Romana

Catholica eſt Eccleſia Romana, primo quia iſta tenet triplex ſymbolũ, nempè Apoſtolicum, Nicænum & Athanaſij. Secundò ex continuata ſucceſſione & legitima poſſeſſione. Hinc Auguſtinus libro de vera & falſa Religione cap. 7. *Tenenda eſt nobis Chriſtiana Religio, & eius Eccleſiæ communicatio, quæ Catholica eſt, & catholica nominatur, non ſolum à ſuis, ſed etiam ab omnibus inimicis. Velint enim nolintue ipſi quoque hæretici & ſchiſmatum alumni, quando non cum ſuis, ſed cum extraneis loquuntur, catholicum nil aliud quam catholicam vocant, non enim poſſunt intelligi, niſi eam hoc nomine diſcernant, quo ab vniuerſo Orbe nuncupatur.* Sed quidquid ſit de hoc nomine, de quo Bellarminus diſertiſſimè diſputat in controuerſijs, voco (prò nunc præſcin-

ſcindo à controuerſia) Eccle-ſiam Romanam Catholicam, & oſtendo ibi haberi omnia ſigna veritatis & probabili-tatis: quæ quidem ſigna in cætibus ſectariorum non in-ueniuntur.

160 Primo, in Eccleſia Catholica perſeuerantia mi-raculorum inuenitur, quæ fuit in principio Chriſtianæ Religionis; & quidem an vndecim primis ſæculis non eſt controuertendum in perſeuerauerint in Eccleſia miracula; multa enim facta fuère in confirmationem do-gmatum fidei Catholicæ, vt videre eſt in Annalibus Eccle-ſiaſticis; præcipua ac inſi-gniora refert Reuerendus Pa-ter Dominicus à SS. Trinita-te lib. 4. ſec. 2. cap. XI. Bi-bliothecæ Teologicæ. Tum quia inueniuntur in Tomis hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Centu-riatorum Magdeburgentiũ. Incipiamus ergo à duodeci-mo

In ipſa habe-tur miraculo-rum perſeue-rantia.

mo ſæculo, ab anno nempè 1100 ad annum vſque 1600. Ab anno 1100 vſque ad annum 200 ſplendiderunt prodigijs coruſcantes Beatus Malachias Epiſcopus Hiberniæ, Romani Pontificis legatus. Sanctus Bernardus, qui vna Die in Diæceſi Conſtantienſi cœcos vndecim illuminauit, mancos decem curauit, claudos decemetocto ſanauit, ita refert Gophridus lib. 4. cap. 4. Thrias Epiſcopus Cantuarienſis conuertens aquam in vinum ſola ipſius benedictione ex Helmoldo in Cronico Slauorum lib. 1. cap. 19. In decimotertio ſæcula fuere Sanctus Dominicus & Franciſcus, Beatus Petrus Martyr, Sanctus Antonius ac Bonauentura, Eliſabeth Regis Vngariæ filia. Decimoquarto ſæculo, S. Rochus, Sancta Catherina Senenſis, Sanctus Bernardinus, Nicolaus Tolenti-

ti-

tinus. Decimoquinto, S. Vincentius Ferrerius, Beatus Antonius. Decimoſeſto, S. Franciſcus de Paula, S. Ignatius Loiola, S. Franciſcus Xauerius, Carolus Borromeus, Philippus Nerius, & multi alij lectoribus ſatis ſatiſq; notis, qui omnia miraculorum genera patrarunt in Eccleſiæ Cattolicæ confirmatione. Ergo perſeuerantia miraculorum habetur in Eccleſia, quæ eadem in ſectarijs non inuenitur, cum nequè vnum penè miraculum in confirmationem falſorum Dogmatum afferre valeant:

161 Secundum ſignum expellendi à corporibus obſeſſis Diabolos, ſolum eſt in Eccleſia Catholica. Lucæ 10., Marci 16. *In nomine meo Dæmonia eijcient*. Catholici cogũt exire Dęmones, ipſos exagitant, compellunt, reſpondere præcipiunt, diuerſis linguis loqui adſtringuu-

Viget etiam ſignum expellendi diabolos ab obſeſſis.

gunt. Quod & Mahumetani & hæretici haud faciunt. Nec dicant hæretici miracula dicta fuiſſe ſuppoſita & falſa, & Dæmones expulſos fuiſſe fictitios. Primo, quia debet probari, nec gratis aſſumi, cum pro noſtra parte ſit præſumptio, quia hiſtoririci viri Sanctiſſimi fuerũt; miracula diligenti inquiſitione & iuratis teſtibus examinata, & inter teſtes Reges Principes, Magiſtratus, integræque Ciuitates adnumerãtur. Tũ quia veritas temporis filia fraudi diù latenti opponeretur. Nec huiuſmodi falſitatem Eccleſiam decipientem permitteret Deus. Fictas deindè Dęmonum expultiones eſſe eſt effugium, etiam improficuè à Iudeis, contra Chriſtum legiſlatorem inuentum, *In Beelzebu Principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia*, quando verè propria præcipuerat autho-

ctoritata, quid mirum ſi etiam Hæretici contra Eccleſiam Catholicam, Blaſphemiam imitentur Iudeorum. Experimento conſtant quotidie, in praxi eſt Exorciſtarum exorciſmis eijci à corporibus Dęmonia, nec contrarium mihi multa hiſce oculis videnti, vnquam probabunt.

162 Quod ſi hodiè tot non videantur, quot in primitiua Eccleſia miracula, Deus ſua ineffabili diſpoſuit prouidentia: primò quia authoritatoriè antiqua perſeuerant miracula, quæ eum vno vel alio hiſce temporibus facta ſatis ſunt ad credibilitatem Eccclesiæ fundandam. S. Auguſtinus lib. 22. cap. 8. *Neceſſaria*, inquit, *fuerunt miracula priuſquam crederet mundus, ad hoc vt crederet mundus, ea enim vt fidem facerent innotuerunt, & eadem per fidem*

Diuinæ Prouidētiæ eſt, quod nunc miracula non ſint frequentia,

Digitized by Google

quam fecerunt, multò clarius innoteſcunt, leguntur quippè in populis vt credant, nec in populis tantum niſi credita legerentur. Aliam adducit rationem Auguſtinus cap. 25. de vera Religione & cap. 16. de vtilitate credendi; quia ſi ſucceſſiuè à primitiua vſque ad hæc tempora facta fuiſſent continuata ac multa miracula, iſta non eſſent amplius inſolita ac inuſitata, nec motiuum præberent inferendi eſſe ſupra Naturam: nam miraculum eſt id quod contra continuatam experientiam euenit, quod ſi ſepè eueniret mortuorum reſurrectio, E.G. cæcorum illuminatio iuxta experientiam fierent. Tum quia eſſent ſuperflua, quia ad credendum maximum nobis proponitur miraculum, vnio nempè & fides tot populorum in Chriſto credentium; Dominus Lucæ 16. *Si moyſen &*

Pro-

Prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent. Dicam & ego ſi toti mundo credenti non credent, nec ſi mortui reſurgent, credent.

163. Tertium ſignum eſt Oraculum propheticum, & predictio, quia in proximis ſæculis in noſtra Eccleſia non defuit donum hoc prophetiæ, nam viri ſancti multa dixere, quæ euentum iuxtà Oraculum habuere; Legantur hiſtoriæ SS. Bernardi, Franciſci, Dominici &c. ex aduerſo hæretici nulla vera vaticinia, niſi fortè in teſtimonium noſtræ fidei adducere poſſunt, quæ Deus ad ipſorum confuſionem operatur, ſicuti ante nouum Teſtamentum ſybillis aduentum Chriſti reuelauit. Cæterùm nec vnum habent propheticum teſtimonium, quod ſi aliquando prophetarunt, decepti ſunt, afferam

Tũ etiam oraculum Propheticum haberũ

moritanum cum Priſca ex Maximilla, multa iſti futura dixere, quæ nunquam euenerunt, notat Euſebius lib. 1. Hiſtor. cap. 16. & 18. ita euenit Luthero falſa prædicenti, ex Cochleo in actis Lutheri.

Et ſanctitas doctrinæ ac morũ

164 Quartum ſignum eſt Sanctitas Catholicæ doctrinæ, in qua habetur veræ ſanctitatis diſciplina, nempè continentia, ſanctimonia, legum obſeruatio, imitatio capitis, ſcilicet Chriſti, & hoc nedum ſpeculatiuè quatenus præſcribit modum & præcipit talia facere, ſed etiam practicè, quia in Eccleſia noſtra veri Chriſti imitatores non deſunt, continentiam, ac Sactimoniam perfectionemque Euangelicam, Religioſi ſtrictiſſimã profitentur obſeruantiam. Ex oppoſito Hæretici, & in capite & in membris viget omnium vitiorum mater ſuperbia, teſte

Au-

Auguſtino lib. de Paſtoribus Cap. 6i *Diuerſis locis,* inquit, *ſunt diuerſæ ſcilicet hæreſes, ſed vna mater ſuperbia omnes genuit, ſicut vna mater noſtra Catholica õnes Chriſtianos fideles toto Orbe diffuſos.* Sceleſtiſſimi fuerunt Lutherus, & Caluinus (vt omnes in iſtis complectar) peſſimi ergo & ipſorum ſectatores. Et quæ maior excogitabitur arrogantia & elatio? Dum enim Lutherus contra Regem Angliæ inuehitur in libro contra Regem, aſſerit quod Ioannes Baptiſta de Chriſto, nec Reges, nec Pontifices dignos eſſe ſuorum corrigiam calceamentorum ſoluere. Quod ſi malorum Chriſtianorum vigeat in Eccleſia Catholica iniquitas, ex hoc non patitur Catholica Eccleſia in veritate detrimentum. Non contaminatur communione malorum Sanctitas Eccleſię;

Malorum iniquitates non officiũt sãctitati Eccleſiæ.

primo quia apud Iudæos in veteri Teſtamento extabant mali & praui homines, Sacerdotes preuaricauerũt cap. 73. Ierminæ; *Sacerdos & Prophetæ polluti ſunt, & in domo mea inueni malum eorum ait Dominus*. Ipſe Chriſtus conquerebatur: *Super cathedram Moyſis ſederũt Scribæ & Phariſei, omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate & facite; ſecundum verò opera eorum nolite facere*. Non ideo Sanctitas doctrinæ in Iudaiſmo defecerat. Similè arguas in Chriſtiana Religione, in qua vllo vnquam tempore crimina populorum ac Prælatorum defecerunt, & tamen ſicuti in primis temporibus, ita in iſtis perſeuerare debet inuariata veræ Religionis ſanctitas. Tum quia Sanctitas Religionis vel eſt effectiua, & hæc compatitur Miniſtrorum ſcælera, vpotè poten-

tium

tium Sacrementa miniſtrare & gratiam ſuo modo conferre. Vel eſt formalis, & hæc obtinetur non obſtante ſint in Eccleſia mali; cum aliundè nou deficiant boni. Adde Hæreticos haud negare perverſionem futuram Chriſtianorum ab Antichriſto, de quo dicirur Mathæi 24. *Surgent Pſeudochriſti; Pſeodoprobetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, itaut in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi.* Ac in tanta iniquitatum congerie ac Peccatorum multitudine, non ceſſabit Eccleſiæ Sanctitas; ergo incongruè & nunc infe- runt ex multorum præuaricatione Sanctitatis Eccleſię Catholicæ defectum,

165 Quintum ſignum eſt continuata Martyrum conſtantia, quæ vſque ad hæc noſtra tempora pro veritate Catholicæ Religionis Iaponiæ, ac alijs Orientalibus Re- Non deficit Martyrum cõſtanria.

 gnis

gnis ęquè ac antiqua reſplendet. Quotidiè diſtantiſſimas petunt Regiones Catholici, vt ſuam illic fidem diuini honoris ſtudio propagent, pericula, tormenta, vexationes mortem ſubeunt: *At hæreticis non negotium eſt Ethnicos conuertendi*, vt inquit Tertull. lib. de Præſcriptionibus capit. 41. *Sed noſtros euertendi noſtra ſuffodiunt, vt ſua ædificent, hanc magis gloriam captant, ſi ſtantibus ruinam, non ſi iacentibus eleuationem operentur.*

Hæreticorum martyres non probant hæreſis veritatem.

166 Opponent etiam & Hæreticos pro ſuis erroribus mortem oppetijſſe, apud Euſebium lib. 5. Hiſtor. cap. 18. Inuenitur Montaniſtas de numero ſuorum Martyrum gloriari. Idem de Meſſalianis hæreſi decimatertia, & de Arianis hæreſi 76, At hanc inſtantiam labefactat validiſſima retorſio, quia quod ex Paganis Lelius Cedrus, Re-

Regulus, & alij pro idolis mortem ſubijſſent, non infirmatur ſignũ veritatis Chriſtianæ, à Martyrum conſtantia deductũ, vt & hæreticos velint nolint, concedere oportet: ergo quod ex hæreticis nonnulli paſſi ſint, non tollit ſignum Catholicę Religionis illatum ex recentiorum Martyrum virtute. Ratio eſt, quia vt ait D. Auguſtinus in Pſal, 34. concluſ. 2. *Martyres non facit pœna, ſed Cauſa.* & quidem hæretici, ſicuti & Pagani exterius pro honore Dei mori fingebant, reuera tamen vt gloriam venarentur temporalem, vel ex pertinacia, vel ex odio Catholicæ Religionis, ſæpè ex diſperatione, quia cum mortem euadere non potuiſſent, etiãſi hæreſim retractarent, mori potiùs cum Diabolo, quàm cũ Chriſto voluerunt; idcircò de hæreticis, quod Concilium Auroſicanũ ſecundũ can. 17.

 dici

dici po eſt: *Fortitudinem Gentilium facit humana cupiditas, fortitudinem Chriſtianorũ Charitas Dei diffuſa in cordibus noſtris* Secunda ratio eſt ſanctitas, ac vitæ innocentia Martyrũ Catholicorum miraculis, ac ſignis confirmata. Accedit ipſorum mortem non fuiſſe coactam, ſed ſpontaneam, cum vna hac vocula: *Non ſum Chriſtianus*, vacaſſent ac immunes redditi eſſent à cruciatibus à morte. Vndè & ſi Martyrum conſtantia ſimpliciter non veritatem probet, omnibus alijs additis circumſtantijs, fit ſignum ineluctabile Catholicæ Religionis.

167 Sextum ſignum eſt diuturna, & conſtans per tot ſæcula Religionis immutabilitas; ſicuti enim omnis diuiſio, & ſciſſio probat Religionẽ ab homine non à Deo; Ita ab oppoſito vnitas diuinam eſſe inſtitutionem infert, quia

quia non *eſt diſſenſionis, ſed pacis*, 11. Corint. 14., & Cyprianus lib. de Vnitate Eccleſiæ cap. 5. ***Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt, & pudica, vnam domum nouit, vnius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit.*** Catholica igitur Religio per tot Regna diſtantiſsima vulgata eandem fidem cuſtodit, nulla varietas inuenitur, & Thomiſtę, & Scotiſtę, & Ægydiani diſputant; in fide tamen & credendis conueniunt, idem pœnitus ſentiunt, ac omnes id vnum profitentur, quod Eccleſia Carholica credendum proponit, ac iudicat. Et ratio à priori huiuſmodi veritatis eſt, quia cum Catholici præter Sacram Scripturam admittant viſibilem iudicem explicantem infallibili authoritate Scripturæ ſenſum, ac omnes iſtius ſententiæ ſubijciant, & aliundè, qui pertinaciter deuiat à de-

Eccleſia Catholica inuariata durat.

finitionibus, & ſententijs viſibilis capitis, extrà gremium ponitur Eccleſiæ; impoſsibile eſt, vt vel minima habeatur diſtinctio, vel doctrinæ diuerſitas in Catholica Eccleſia.

Non ſic Hæreticorum Eccleſia.

168 Ex oppoſito hæretici, & ſi ab vno procedentes Hæreſiarca, nullam habent in fide conſtantiam. Et certè, præterquam quod manifeſtè experiatur in veteribus hæreticis, quia hæreſis Simonis diuiſa fuit ſtatim in Menandrianos, Baſilidianos, Saturnianos, &c. Marcioniſtæ in Pepuſianos, Artotyritas Phrygaſtas, & alios, vt videre eſt apud Sanctum Ireneum lib. 1 capit. 21. Epiphanium lib. 1. to. 3. contrà hæreſes. D. Auguſtinū lib de Hęreſibus capit. 46. Manifeſtius videtur in recentibus hæreticis. Ex ſolo Luthero trigintaquatuor diuerſas ſectas ortas eſſe Fridericus Staphylus ſuo tempo-

po-

pore in lib. de Concordantia diſcipulorũ Luteri affirmat. At nunc ferè centum numerantur, vt refert Dominicus à SS. Trinitate lib. 4. ſect. 4. cap. 3. Sacramentarij ſciſsi ſunt in Caroloſtadianos, Zuuinglianos Oecolãpadianos, Souuenckfeldianos, Caluiniſtas. Quot ſint deindè eiuſdem Lutheri cõtradictiones incredibile videtur. Ioannes Cohcleus in articulo de Cõmunione ſub vtraque ſpecie innenit trigintaſex. Trecentæ explicationes ſuper illa ſola verba. *Hoc eſt corpus meum* habentur. Ipſimet Lutherani, quænam ſit vera confeſsionis Auguſtanæ formula neſciunt, quia quot ſunt æditiones, tot ſunt immutationes, videatur Adamus Tannerus Soc. Ieſu 2. p. Anat. Conf. Aug. dem. 10. §. 11,

169 Ex quibus optimè concluditur illud D. Hilarij lib. 7. de Trinitate: *Bellum*

ha-

hæreticorum pax eſt Eccleſiæ, & triumphus. Concordia enim, & vnitas ſtemma ſolius Catholicę Religionis eſt. Et qui volunt vnā linguam, dicam cum Auguſtino, veniant ad Eccleſiam, quia in diuerſitate linguarum carnis vna eſt lingua in fide cordis.

Concluditur veram Sacræ Scripturæ expoſitionem illam eſſe quam docet Romana Eccleſia.

170 En igitur euidenter propoſitio probata, nempè Religio Catholica maiora habet ſigna veritatis, & probalitatis, quod idem eſt, ac expoſitio Scripturæ, quam defendunt Catholici, habet maiora ſigna veritatis; ergo eſt reuelata à Deo. Conſequentia ſequitur. Si verum eſt hoc argumentum, ſicuti veriſſimum exiſtimo, non eſt cur amplius ad infringendos hæreticorum errores laboremus. Inueni metrū, & menſuram veritatis, & hæc eſt Catholica Religio, quicquid enim illa, exponit eſt à Deo reuelante, & inſpirante,

adeo-

adeòque quicquid ſuæ aduerſatur expoſitioni, eſt contrà Deum, nec tenendum, nec defeudendum, nec amplectendum. Prodeant nunc ſua dogmata cōtrà Papæ authoritatem, contrà Sacramenta, contrà Purgatorium; depromant illa ex varia Scripturarum expoſitione; ſtatim falſitatis cōuincuntur, quia non ipſorũ, ſed Eccleſiæ Catholicæ vera eſt expoſitio. Atqui Eccleſia Catholica diuersè, ac ipſi, exponit; ergo illorum expoſitio, veræ oppoſita expoſitioni falſa eſt, & falſiſſima conſequenter dogmata talibus fundata falſitatibus.

DE-

Digitized by Google

DECIMAOCTAVA PROPOSITIO.

Pontificem Romanum eſſe verum Caput Eccleſiæ, ac Iudicem in Controuerſijs fidei, demonſtratur.

Romanus Pontifex eſt caput Eccleſiæ.

171 POntificem Caput eſſe Eccleſiæ, ac eius iudicio omnia, quæ ad ſpiritualia viſibilia pertinent, moderari, varijs rationibus communiter Theologi ſtabiliunt; quas vt abundanter me habeam, conciſè referre non inficior, deindè vltimam ex methodo noſtra cōfectam vtpotè clariorem, & inconcuſſam adducam. Primò, Eccleſia vera nempè Catholica modo omnium vtiliſsimo gubernanda eſt, quia perfectiſsimus Legislator Chriſtus, nonniſi perfectiſsimā regiminis formam inſtituit. Quænam verò hæc ſit, ſupponunt ex Platone in Polit. & ex Ariſt. l. 3. Politic. c. 5. & l. 8. Ethic. c. 10. Qnamlibet mul-

multitudinem gubernandam vel ab vno, & vocatur Monarchia: vel ab aliquibus de multis, & dicitur Ariſtocratia; vel omninò ab omnibus, & eſt Dimocratia; vel ex omnibus tribus, & habetur regimen temperatũ, ex Monarchia, Ariſtrocatia, & Dimocratia; vel ex duobus, & tunc habentur tria alia regimina propter tres combinationes aliàs, quę fieri poſſunt, nempè primò ex Monarchia, & Ariſtocratia. Secundò ex Ariſtocratia, & Dimocratia. Tertio ex Monarchia, & Dimocratia. Facta hac diligenti diuiſione tres firmant propoſitiones. Prima, ex formis ſimplicibus gubernationis pręſtantior eſt Monarchia. Secunda: Regimen temperatum ex omnibus tribus formis vtilius eſt ſimplici Monarchia, propter naturæ humanæ corruptionem. Tertia, circumſtantijs ſecluſis Monarchia ſimpliciter excellit. Pri-

Monarchiam eminere probatur.

172 Primam probant propoſitionem de eminentia Monarchię ex omnium Scriptorum conuenientia, quos diligentiſsimè affert, ac ab aduerſarijs vindicat Bellarminus lib. de Eccleſiaſtica hierarchia cap. 1. Tum etiam ſecundò, quia Deus vniuerſum hominum genus ex vno homine fecit, non enim virum, & fœminam pariter ex humo produxit, ſed virum ex humo, fœminã ex viro, vt nos inſtrueret, ait Chryſoſtomus, omnes ab vno pendere. Tertiò, quia regimen Monarchicum eſt iuxtà hominum inclinationem, omnes in hoc propendunt; ſic domus ad vnum Patremfamilias reducitur, Orbis Terrarum potior pars à Regibus gubernatur, obſeruamus animalia vnius principatum amare: ſic Rex vnus apibus, Dux vnus in gregibus, Rector vnus in armentis. Hoc etiam pro-

Digitized by Google

proprietas optimi Regiminis poſtulat, quia in Monarchia inuenitur ordo, omnes enim ſubijciuntur, excepto eo, qui curam habet, aliorum. In Ariſtocratia Optimates ſunt pares; in Democratia omnes æquales cenſentur. Habetur ſecundo aſſecutio finis, ideſt Ciuium inter ſe coniunctio, & pax; quia omnes vnius voluntati conformantur; at non ſic in gubernãtium multitudine, vbi difficulter multitudo in idem aſpirare, ac idem iudicare poteſt. Tertiò, non deeſſet robur, & potentia, quia vbi maior coniunctio, ibi maior fortitudo. In Monarchia vbi omnes ab vno pendent, maxima eſt cõiunctio; ergo maxima fortitudo. Quartò, viget ſtabilitas, ac diuturnitas, quia difficiliùs diuidi poteſt Monarchia, quàm vlla alia regiminis forma: ergo magis durat; omne enim regnum

in

in ſe diuiſum deſolabitur, & quod eſt vnum eſt indiuiſum. Nec minus experientia firmatur, quia Romanorum Reſpub. durauit annos 480. at non eodem modo, quia initio anni Conſules fuere, deindè Tribuni, tum Conſulibus, ac Tribunis ſublatis elati ſunt decem viri, & iterum iſtis poſt annum eiectis, denuò Conſules, & Tribuni. Monarchia verò incipiendo à Iulio Cæſare vſque ad Conſtantinum vltimum, durauit annos 1495. Quintò, habetur facilitas gubernationis, quia Rex, & ſi tardioris ſit ingenij, cùm ſemper eodem fungatur officio, omnibus Senatoribus vſu, & experientia præſtat. Senatoribus deindè negotia ſunt cõmunia, Regi propria; propria diligentius quàm aliena curantur. Denique vbi multi Rectores, vix euitari poteſt emulatio, contentio vix vt in-

de;

Digitized by Google

deſtructionem Reipublicæ, proprio fine priuato non trahantur. Hæ omnes conditioni ſimul ſumptæ in duobus alijs Regiminibus non inueniuntur; ergo præſtantior eſt Monarchia, Ariſtocratia, & Dimocratia.

Mixtum regimen ex naturæ infirmitate vtilius eſt.

173 Probant ſecundam prpoſitionem, nempè ſtante humanæ naturæ infirmitate, vtilius ſit mixſtum Regimen ex Monarchia Ariſtocratia & Dimocratia; quia in dicto temperamento omnia bona Monarchiæ ingrediuntur, omnes illud amant, quia; omnes participes eſſe poſſunt cũ virtus in naturali regimine generi præferatur. Magna eſt vtilitas, quia cùm non poſſit vnus homo per ſe prouinciam agere, cogitur adminiſtrationem proprijs Principibus demandare. Accedit Deum huiuſmodi Regimen in veteri teſtamento inſtituiſse, quia hæbræi habue-

buerunt Iudicem, ſiue Ducem, ſiue Regem toti imperantem multitudini, en Monarchia; & etiam Principes minores vt legitur Exod. 18. *Populi Tribunos & Centuriones & quinquagenarios & Decanos, qui iudicabant plebem omni tempore.* En Ariſtocratia: & quia hoc fiebat ex omni plebe, ingrediebatur Dimocratia.

Preſtantior Monarchia ſeclusis circumſtantijs.

174 Seclusis circumſtantijs, & eſt tertia propoſitio, melior eſt ſimplex Monarchia. Hæc propoſitîo niſi à Marcioniſta & Manichæo negabitur qui mundum à Deo gubernari minimè concedebant; nos qui mundum ſuo effectori ſubijcimus, tenemur Deo monarchicum Regimen concedere. Quod autem Deo tribuitur optimum eſt; ergo ſeclusis circumſtantijs Monarchia melior eſt.

Difficulter errat Monarcha.

175 Nec dicant difficilius errare multos quã vnum er-

ergo vtilius, ac facilius regunt multi Rempublicam, quam vnus; quia falſum principium aſſumunt ad regimèn applicatum. Ratio à priori eſt quia malum, & error gubernationis reſultat in offenſam Monarchæ, et potè in Regnum ipſius proprim cadens, non verò in Damnum Optimatum, quando gubernatio eſt Ariſtoeratica; quia Regnum non eſt Optimatum; difficilius ergo errat vnnus in damnum ſui, quam in damnum aliorum;

176 Exhis deducūt Eccleſiam regimine temperato ex Monarchico, Ariſtoeratico, & Democratico gubernandam eſſe, quia huiuſmodi regimen præ humanæ naturæ fragilitate excellentius eſt; adeòque regendam ab vno Summo Pontifice, qui & omnibus imperet, & nulli ſubijciatur. Secundò ab Epiſcopis, Principibus Prouin-

Concluditur Eccleſiam gugernandam eſſe à Pontifice & Epiſcopis electis.

Digitized by Google

uinciarũ, qui & Imperio ſummi Principis obediant, & Prouinciam ſubiectam non tamquam alienam, ſed vt propriam moderentur. Tertio, quod & ſummus, & inferiores Pontifices, non ex hæreditaria ſucceſsione, ſed ex uniuerſo Populo tamquam meliores eueherentur; idcircò à primo ad vltimum inferunt Pontificem Romanum eſſe verum caput Eccleſiæ, ac Iudicem in Controuerſijs Fidei.

177 Rationes hæreticorum, ac reſponſiones innumeræ ſunt, & illas afferre, nec integer ſatis eſſet Tomus, ſicuti etiam omnes adducere ſcripturas, & earum expoſitiones pro Petri primatu, & Pontificum ſucceſsione, ex quibus multa alia argumenta deſumunt Coutrouerſiſtæ aduerſus ſectarios, antequam peruenirem ad finem vita deficeret, idcircò noſtra metho-

Digitized by Google

thodo verum Pontificis principatum ac iuridicā poteſtatem euidenter probo. Firmo nonnullas propoſitiones.

178 Prima; Euidens eſt eſſe reuelatum à Deo Petrum fuiſſe ſpiritalem Eccleſiæ Monarcham. Ex 16. Matthæi habetur *Tù es Petrus, & ſuper hanc Petrā edificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues Regni Cœlorum, & quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum & in Cœlis*. Hic Texus exponit Petri primatum, primò ſub metaphora fundamenti, & ædeficij, quia quod in Edificio eſt fundamentum, id caput eſt in corpore. Secundò ſub metaphora clauium, quia cui claues Ciuitatis tribuuntur vel Rex vel Gubernator, eſt Ciuitatis, poteſt quos vult admittere, quos vult excludere. Negant hanc expoſitionē Caluinus, Eraſmus, Lutherus, ſed non eſt vt la-

B Petrum fuiſſe Monarcham Eccleſiæ, eſt reuelatum à Deo.

borent, expoſitio ſupradicta veriſſima eſt, vt potè ab Eccleſia Catholica recepta, & inter omnes ſcripturarũ expoſitiones, illa eſt reuelata à Deo, vt probauimus; quam tenet, & amplectitur Eccleſia Catholica.

179 Sec. ex 21. Io. vbi habemus. *Paſce Oues meas* concluditur. 1. ſoli Petro dictum fuiſſe paſce oues meas; ſecundò per ly *paſce* traditam ipſi fuiſſe ſummam Eccleſiaſticam poteſtatem. Vltimò per ly *oues meas* vniuerſam Chriſti Eccleſiam eſſe deſignatam. Hec expoſitio Eccleſiæ Catholicæ eſt, ergo vera.

D. Petro ſuccedere aliquis debet de iure Diuino.

180 Tertio Diuo Petro de iure diuino aliquis ſuccedere debet in Eccleſiæ primatu, quia Chriſtus in Petro omnes ſucceſſores denotauit, & per ly *Oues meas* cætum Chriſtianorum Petro preſentem, & futurum intelle-

exit, & hoc eſt verum, quia ità tenet Eccleſia Catholica. His poſitis: ſi verum eſt Petrum habuiſſe poteſtatem à Chriſto pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, omnes ſucceſſores gaudent priuilegijs Petri ſummo Pontificatui annexis, vt potè priuilegia indiſpenſabiliter conſequentia ad ſummi Pontificis munus; ſucceſſor deindè alius meritò eſſe non poteſt niſi Romanus Epiſcopus, nam cum hoc ex Petri inſtitutione pendeat, vt īcō-trouersū exiſtimo, & inſtitutio fuerit de Romano Pontifice, vt habetur ex eadem Apoſtolica traditione Petri à Concilijs Generalibus, decretis Pontificum, & conſenſu Patrum confirmata, ſequitur manifeſtè Romanum Epiſcopum eſſe ſummum Pontificem vniuerſalem Paſtorem, ac totius Orbis Doctorem. Confirmatur ille ſuccedere Petro debet qui

Et hic eſt Romanus Epiſcopus ex Petri inſtitutione.

eſt Epiſcopus loco Petri; ſed Pontifex Romanus eſt Epiſcopus loco Petri; ergo Petro ſuccedere debet. Subſumo, Petrus erat Iudex in controuerſijs Fidei; ergo Romanus Pontifex ſucceſſor gaudens priuilegijs Petri eſt verus Iudex in controuerſijs fidei, quod erat probãdũ. Corroboratur hæc veritas: Eccleſia Catholica hunc Romanum Pontificem nempè Innocentium XI. credit, & ratione ſucceſſionis ex Petri inſtitutione, & ratione inſtitutionis factæ à Chriſto eſſe verum, & ſummum Pontificem, ac Iudicem in Controuerſijs Fidei; ergo talis eſt, quia quidquid Eccleſia Catholica dicit eſſe verum, eſt à Deo reuelatum, aliter quod credere non deberemus, nobis credendum proponeret. Qua ratione mihi euidens sẽper fuit, Pontificem errare non poſſe in rebus fidei decer-

Concluditur Pontificem Romanum eſſe caput Eccleſiæ

cer-

cernendis. Ratio à priori eſt quia ſi erraret circà decernenda, teneremur omnes credere errorem ſinè ſpe dignoſcendi veritatem, quod fore contrà Diuinam Prouidentiam & ſupremam Iuſtitiam quis non videt?

Ratio à priori cur Pontifex non poſſit errare circa decernenda.

DECIMANONA PROPOSITIO

Saluatur dicta methodo circulus, quem Pontificium vocant Sectarij.

181 CIrculum vocāt Pōtificium ſectarij illum, quo Catholici modum credendi, ac credendorū reſolutionem componunt; nos enim quia de facto non inducimur ad credendum fidei myſteria ex miraculis nobis apparentibus, ſicuti in primitiua Eccleſia inducebantur fideles, omne motiuum cre-

Circulus quem vocant Pontificum ſectarij exponitur.

Digitized by Google

credendi in authoritatem Eccleſiæ reducimus, iuxta Diui Auguſtini verba Libro contrà Epiſtolam fundamentalem cap. 5. *Ego verò Euangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoueret authoritas* E. G. In primo ſæculo conuertitur Conſtantinus propter, quidens in mundationis lepræ miraculum, certè Imperator viſo miraculo, ac humano modo percepto credidit, quæ in nomine eiuſdē Ieſu prodigia patrantis, Silueſter propoſuit. Nunc cuilibet credenti miracula non conceduntur, quia ſatis eſt Eccleſiæ authoritas proponentis hoc, vel illud credendum. Quod ſi ità res ſe habet, reaſſumunt hæretici, vix circulum, quem in contemptum Pontificium vocant, vitare Catholici poſſunt. Probat hoc Baronus, Scottus, & Paræus; primo quia credimus

My-

Myſteria propter Eccl.Cath. in proponendo infallibilitatem à nobis fide diuina creditam propter Verbi Diuini authoritatem, & credimus deindè ipſam Verbi Diuini authoritatem propter Eccleſiæ Catholicæ in proponendo infallibilitatem, vndè ab eadem ad idem eodem modo cognitum procedendo, circulum manifeſtum, dicunt ipſi, committimus, eodem modo quo circulum committit dicens, Mater eſt proba, quia filius eſt probus, & filius eſt probus quia Mater eſt proba. vel (affert aliud exemplum) Turcica Eccleſia eſt vera, quia Alcoranus dicit, & Alcoranus eſt verus, quia Turcica Eccleſia dicit, qui modus ſi acceptaretur, vt verus, & concluderet, nec Turca, nec Gentilis, nec alius Sectarius conuinci nunquam poſſet in materia de Religione.

182 Ad retundendam dicti argumenti vim; primò magni Viri dant mutuam prioritatem; ab omni labe deindè purificant, quia aliam authoritatem aſſignant vt conditionem, aliam vt cauſam iuxtà Ariſtotelis doctrinam *de relatiuis* 5. *Topicorum*; ſed verè hic modus non parum anſam exhibet hęreticis nos incuſandi de circulo vitioſo. Secundo, aliqui Recentiores diſtincto credebelitatis motiuo in intrinſecum, & extrinſecum, nos credere, aſſerunt, Eccleſiam Catholicam habere ſummam quandam authoritatem, quia Deus id reuelauit, quod autem reuelauerit non credimus, quia Eccleſia Catholica dicit, ſed quia ipſamet reuelatio intellectui illuminato à Spiritu Sancto eſt per ſe credibilis; miracula deindè & extrinſeca motiua nos veluti adiuuant ad credendum

Varij modi ſaluandi circulũ.

dum, quia per ipſa iudicamus nos prudenter debere credere Deum Religionem Chriſtianam reuelaſſe.

183 Secundò alij, nos credere Eccleſiæ propter credibilitatis motiua, & hoc eſt quod indicauit Diuus Auguſtinus tomo 6. libro contrà Epiſtolam fundamentalem cap. 4. dicens: *Multa ſunt alia, quæ in eius, hoc eſt Catholicæ Eccleſiæ gremio me iuſtiſſimè tenent. Tenet conſenſio Populorum atque Gentium, tenet authoritas miraculis incboata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata; tenet ab ipſa Sede Petri, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatū ſucceſſio Sacerdotum; tenet poſtremò ipſum Catholicæ nomen, quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes ſic iſta Eccleſia obtinuit, vt cum omnes*

Hæretici ſe Catholicos dici velint, quærenti, tamen Peregrino alicui, vbi ad Catholicam conueniatur? Nullus hæreticus, vel Baſilicam ſuam, vel Domum audeat oſtendere. His, & alijs modis non parum à dictis alienis, & qui ad dicta reducuntur, à circulo recedunt Doctores communiter, contrà quod, etſi multa dici poſſent, vt comendabiles & tuti in ſuo iure iudicandi ſunt, quia omnes conueniunt in intrinſeco motiuo diuinæ veritatis, at dumtaxat diſcrepant in extrinſecis motiuis credibilitatis. Quidquid ſit. Muneris noſtri pro nunc eſt, modum exponere quomodò circulus ille methodo aſſignata deſtruatur.

Commendãtur dicti modi, & relinquuntur in ſuo iure.

184 Credo Scripturam, quia eſt reuelata à Deo, quod autem ſcriptura ſit a Deo reuelata moraliter ſcio, idcircò credo Scripturam eſſe reuela-

Stante reuelationis ſcientia tollitur circulus.

la-

latam propter reuelationem Dei moraliter ſcitam. Credo deindè expoſitionem Scripturæ ab Eccleſia propoſitam, quia quidquid dicit Eccleſia eſt à Deo reuelatum, quod autem ſit à Deo reuelatum moraliter ſcio, Poteſt ne maiori claritate recedi à Sectariorum circulo? Hoc maximum eſt dictæ methodi beneficium, nempè ſine vlla obſcurirate, tragiuerſatione, ac verborũ implicatione præcipuis Fidei difficultatibus reſpondere. Non ſic Hæretici, non Mahumetani, non Gentiles, quia etiam ipſi credunt Myſteria Alcorani, ac Sectariorum expoſitiones, quia reuelantur à Deo, & in hac reſponſione nobiſcum ſentiunt; at ſi petas vndè habeant eſſe à Deo reuelata? Hæretici dicent, quia ſic inſtinctus, ac internus ſpiritus dictat; Mahumetani, quia ſic Alcoranus narrat, & re-

nouata petitione ad vltimum vſque inuenies, vel manifeſtiſſimum circulum, vel quod ſtet pro ratione voluntas. Et ratio à priori eſt, quia cum Hæretici, ac Mahumettani miraculis, ac ſignis alijs ſuas Eccleſias ſtabilire nequeant, neceſſe eſt, vt ad Scripturas creditas confugiant, ipſas credendo quia credunt, non quia credendæ veniant. vt ſatis, ſatiſque in propoſitionibus exploſum eſt.

Explicationi aduerſatur P. Maurus.

185 Non placet doctiſſimo P. Mauro quæſtione 8. de Reſolutione Fidei expoſitus modus ſaluandi circulũ, non quia non ſaluet, ſed quia efficaſſimas patitur difficultates; primò, dicit ipſe (arguendo contrà P. Elizaldam, qui euidentiam moralem ponit reuelationis Scripturarũ) nemo poſſet Myſteria reuelata credere niſi priùs euidentiã moralem haberet de hoc quod Deus reuelauerit, quod

quod eſt contrà experientiã. Secundò, quia methodus illa duo deſtruit principia communiter admiſſa, primùm nempè ſi habemus euidentiam de præmiſſis, ex quibus concluſio infertur, habemus etiam euidentiam de illata concluſione. Si autem Myſterium ex præmiſſis euidentibus illatum euidenter non innoteſceret, principium ceſſaret. Secundùm propterquod vnumquodque eſt tale, & illud magis: motiuum credendi Myſterium eſt reuelatio; ergo hæc certior oporteret eſſe ipſo Myſterio. Contrarium autem eueniret, ſi reuelatio per ſcientiam innoteſceret, quia ſuperaretur in certitudine à Fide Myſterij; nam Fides certior, & firmior eſt quacunque creata ſciẽtia etiam Mathematica, & Metaphyſica, vt experitur Auguſtinus lib. 7. Confeſſionum cap. 10.

Facilius dubitarem viuere me; quam eſſe veritatem; quam audiui in corde. Et confirmat Chryſoſtomus homilia 12. in Epiſtola ad Hebræos: *Fides diui non poteſt niſi circà eà, quæ non videntur, ampliùs quàm circà ea quæ videntur, certitudinem quis habuerit.*

Sine euidentiâ reuelationis poteſt haberi fides.

186 Verùm enim verò tres iſtæ difficultates non concludunt; & primò ſine euidentia morali, vel Phyſica, vel Metaphyſica reuelationis poſſet vnuſquiſque credere, ſi haberet ſufficientia motiua ad credendum; quis enim vnquam dixit noſtram methodũ ita neceſſariã, vt ſine illa tolleretur Fides? & quaſi quod antè expoſitam reflexionem nullus vnquam credidiſset? omnes laboramus in vinea Domini, quæ nunquam fructum ſuum facere omiſit, ſemper operarios habuit, nempè Theologos

gos, ſed vnus operatus eſt melius alio, nos vtique modum damus conuincendi infideles ex illis iiſdem principijs decerptum, quibus Doctores communiter credibilitatem Religionis adſtruebant; forſan ex hoc minimam patitur iacturam Eccleſia? Imò perficitur, quia hoſtibus infenſiſſimis Chriſtianæ Religionis effugia tollimus, dubia euacuamus, motiua credendi palam oſtendimus, ac omnia quæ in Theologia tractantur, ad vnicum principium reuelationis Dei reducimus.

Ex euidentia reuelationis ſolum concluditur veritas in atteſtante.

187 Ad ſecundùm liquidò apparuit in ſeptima propoſitione, vbi dictũ eſt concludi Logicam veritatem in atteſtante, & Metaphyſicam ſolùm credibiliter, ideſt probauimus ex connexione cum prædicatis extrinſecis, non intrinſecis; idcircò reclamante apparente metaphyſica

re-

repugnantia ex pia affectione credimus, omnes difficultates ſedando motiuo Dei veraciſſimi reuelantis.

Saluatur poſita euidentia reuelationis *propter quod vnumquodque eſt tale & illud magis,*

188 Ad tertiùm, ſi vera eſſet, difficultas, & contrà Patrem Maurum militaret, qui ponendo fidem circa reuelationem æquè, ac circa Myſterium reuelatum, non certiùs eſſet Myſterium reuelatione Myſterij; vndè nec verificarètur propterquod vnũquodque eſt tale, & illud magis, ſed æquè tale, imò redarguendo, quamuis crederem reuelationem, & crederem etiam Myſterium, quia hoc credo propter reuelationem, certior deberet eſſe fides reuelationis fide Myſterij; ergo vel principium in fide ſupernaturali non valet, vel ſi valet, omnes angit, omnes ferit, & percutit. Cœterum principium verificatur de claritate non de certitudine, clarior eſt reuela-

la-

Digitized by Google

latio, quia moraliter ſcitur, quam Myſterium, quia creditur, certius deindè Myſterium, quod creditur ipſa reuelatione, quia fides diuina certior eſt, vt dicit Scotus, quacunque ſcientia ratione certioris principij ſupernaturalis; hoc autem nil officit, quia etiã præmiſſæ quæ euidenter conſtant, dum concipiuntur vt cauſa illationis, firmius ipſis adhæret intellectus, quàm concluſioni; at cognita connexione, & facta illatione æquè firmè. Denique ibi Ariſtoteles loquitur de primò intelligibili, & primò appetibili per ſe noto, quia vnum quodque infertur ex primõ principio per ſe noto, quod ſe habet vt cauſa ab alio non cauſata, ac de omni effectu, vt ab ipſo cauſato; effectus igitur, vtpote pendentes minus ſunt illo à quo dependent, & à nullo pendet.

VI-

VIGESIMA PROPOSITIO.

Argumenta contrà moralem euidentiam reuelationis non concludunt.

Signa probabilitatis Religionis Chriſtianæ fundant moralem euidentiã.

189 Contrà expoſitum diſcurſum arguunt Aduerſarij, quia dicunt ſi ſigna ſolùm probabiliter conſtant, quomodo firmant propoſitionẽ moraliter euidentem? Intelligetis: aliud eſt probare ſigna Religionis eſſe euidentia, (quod certè non obtinetur) aliud eſt probare moraliter euidenter, quod ſigna probabilia eò modo quo ſunt, euidenter maiora ſint quibuſcunq; ſignis aliarum Religionum, & hoc nos facimus. Probabile eſt ſummum Pontificem eſſe Romæ, improbabile Impera-

ra-

ratorem eſſe Conſtantinopolis, quamuis ego probare non poſſim euidenter ſummum Pontificem eſſe Romę, quia dumtaxat eſt probabile, poſſum tamē probare euidenter eſſe probabile quod Pontifex ſit Romæ, & quod probabilitas iſta maior ſit improbabilitate Imperatoriæ vbicationis Conſtantinopolis. In caſu igitur noſtro nec quidem ſomniaui aſſerere ſigna Religionis Chriſtianæ eſſe euidenter probata, ſed illa ſuppono eo modo quo omnes Theologi cognoſcibilia iudicant, ſolum dico quod ſtante eorum probabilitate, euidens moraliter mihi ſit excedere in probabilitate ſigna aliarum Religionum.

190 At inſurgũt, ſi moraliter euidenter probatur Sacram Scripturam, nec non eiuſdem Scripturæ interpretationes ab Eccleſia factas eſſe reuelatas à Deo cur quæ-

Aſſertur ratio quare in tanta reuelationis claritate Hæretici non cõuertuntur, & Hæreſiarchæ ab Eccleſia receſſerint.

Digitized by Google

quæſò in tanta argumentorum claritate, nec Mahumetani conuertuntur ad fidem & docti aliundè hæreſiarchæ receſſerunt à fide, adeòque exiſtimarint primi ſcripturas, ſecundi, expoſitiones non eſſe à Deo? quarè etiam nunc illo tàm proclamato argumento non conuertuntur hæretici? ergo vel ſignum eſt rationes vim non habere, vel omnes omnium ſectariorum intellectus claritatem, ac euidentiam non percipere. Hæc eſt noſtrorum Theologorum inſtantia, qua putant methodum dictam ſubuertere, at ſi altiorem non inueniant arietem, firmum, ac inconcuſſum remanebit fidei noſtræ præſidium. Primo quia & ipſi ſub alijs terminis tenentur propoſitam ſoluere difficultatem; volunt Religionem Chriſtianam eſſe moraliter euidenter credibilem; ergo omnes tenētur eius cre-

credibilitatem recipere; nam vel probationes credebilitatis ſoluunt, vel non; ſi ſoluunt; ergo non concluderetur euidenter credebilitas; ac ex capite quo ſoluerent credebilitatē non concluderent. Si non ſoluunt; ergo ſunt coacti aſſentiri credebilitati ideoq; credere. Tùm quia credens rem euidenter credibilem, non minus inducitur ad credendum, quam inducitur ad eſſentiendum aſſentiens rei euidenter veræ ſaltem in ſenſu accomodo; quia vt non credatur Myſterium, requiritur Myſterium eſſe ex aliqua parte incredibile, seù aliquod motiuum includere, per quod non credatur; atqui euidenter credibile omnem excludit increbilitatem; ergo credens rem euidenter credibilem, non minùs neceſſitatur ad credendum, quam ad aſſentiendum aſſentiens rei euidenter-

plicantur ad veritatis inda-
gationem; quid mirum ergo,
ſi vel ex defectu applicatio-
nis, vel ex terminorum igno-
rantia, vel ex naturali inca-
pacitate, multi euidentiam
reuelationis non intelligant.

Explicãtur dona Spiritus Sãcti ac eorum effectus.

194 Quartò, Hæretici ſunt hebetes, cœci, ſtulti, & fatui, ignorantes, præcipitoſi, & tales quidem in punitiouem. Pro quo ſciamus Deum per quatuor Spiritus ſaucti dona mentes noſtras illuſtrare, & quia in auxilium data ſunt fidei, eandem cum fide materiam reſpiciunt. Primùm donũ eſt intellectus, quo Deum & diuina percipimus. Secundùm eſt donum ſcientiæ, quo creata, quia ex creaturis ad Dei notitiam veluti diſcurrendo peruenimus. Tertiùm eſt donum Sapiẽtiæ quo iudicamus Deo tanquam fini iuhærendum. Quartum eſt donum Conſilij ſic à conſultando voca-

rum

tum. Hæc dona iuſtis inſunt, Peccatoribus, & Infidelibus loco illorum nonnullæ illuſtrationes non deſunt. Singulis donis ſingula vitia correſpondent.; & primò, dono intellectus hebetudo, quo Deum, & diuina malè intelligimus, & etiam cœcitas qua nihil. Dono Sapientiæ ſtultitia, qua prauè iudicamus, & fatuitas qua nihil. Dono Scientiæ ignorantia. Dono Conſilij precipitatio; hæc vitia in pœnam ſunt culparum, aſſerente Auguſtino contra aduerſarios Legis, & Prophetarum: *Ille igitur, qui ſecundum Apoſtolicam ſententiam, cuius vult miſeretur, & quem vult indurat; proculdubio quem vult illuminat, & quem vult excœcat iudicio vtique æquiſſimo, etſi occultiſſimo*. Quod ſi omnes culpæ huiuſmodi puniantur vitijs, potiſſimè ſuperbia, eiuſque ſpecies, ad Romanos

Deperduntur pœnes peccatū, illis ſuccedunt vitia oppoſita.

primo Paulus: *Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicuti Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, &c. tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.* En igitur Cauſa, & Origo cur in tanta reuelationis claritate, & hæretici, ac alij videntes non videant, aut audientes non intelligant, quia cum manus, & colla Luxuriæ, Superbiæ, ac alijs ſceleribus dederint, excœcauit Deus cor eorum, ignis ſupercecidit malorum, & non viderunt veritatis Solem.

Tradidit Deus hæreticos in reprobum ſenſum.

194 Idcircò denuò confirmo, quod cęci non videant lumen, quod hebetes principia non apprębendant, quod ſtulti prauè iudicent, ignorantes non diſcurrant, non ſequitur lumen nō eſſe, princi-

cipia eſſe innintelligibilia, connexiones eſſe inconceptibiles, &c. Ergo ex eo, quod hæretici, & peccatores euidentiam reuelationis non cōcipiant, falsè deducitur euidenter reuelationem nō conſtare. Humilientur antè faciem Domini, implorent eius auxilium, petant cum regio Pſalmiſta: *Domine da mihi intellectum, vt diſcam reuelationem tuam*, inquirant deindè ſolo fine proficiendi ea, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, ſtatim dicent: *Domine, vt video verè Propheta es tu*, ideſt Domine euidenter cognoſco te eſſe prophetam, ea quæ ſunt in ſctiptura, ac in Eccleſia Catholica reuelantem. Modum hunc Dioſcoro proponit Auguſtinus Epiſtola 56. *Huic te*, ideſt Chriſto, *mi Dioſcore, vt tota pietate ſubdas velim, nec aliam tibi capeſſendam, & obtinendam veritatem*

Et ideò quæ veræ Religionis ſunt non concipiunt.

 tem

tem viam munias, quàm quæ munita eſt ab illo, qui greſſuũ noſtrorũ tanquam Deus videt infirmitatem. Ea eſt autem prima humilitas, ſecunda humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogares hoc dicerem; non quod alia non ſint præcepta, quæ dicantur, ſed niſi humilitas omnia quæcunque benefacimus, & præceſſerit, & commitetur; & conſecuta fuerit; & propoſita quam intueamur; & oppoſita cui adhæreamus, & impoſita qua reprimamur, iam nobis de aliquo bono facto gaudentibus totũ extorquet de manu Superbia, &c.

195 Quintò, Chriſtus 16. Ioannis dicit: *Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatũ non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo: deindè ſi opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Quæ verba con-

cõcludunt nos teneri ad credendum, nam nullam excuſationem habemus. Quod ſi reuelatio Myſterij non conſtaret euidenter, poſſet oriri dubium de reuelatione, cum quo non componeretur obligatio ad credendum, quia haberetur excuſatio de peccato, nempè de infidelitate, ſi igitur nunc excuſationem non habemus de peccato, *nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo*, nullum poteſt eſſe dubium de reuelatiòne, adeòque hęc euidenter conſtare debet. Hinc Patres vtuntur ſimilitudine Matthęi quinto, & Danielis ſecundo, aſſimilantium Eccleſiam Ciuitati ſuprà Montem poſitæ, ac Monti vniuerſam Terram implenti; & ſicuti clauſis occulis offendimus Montem, ita occulis clauſis offendimus veram Religionem. Quod cõfirmauit Auguſtinus libro

Confirmatur euidentia reuelationis Euangelij teſtimonijs.

de vera Religione capite 2.
Chriſtianis temporibus quænam Religio ſit potiſſimum tenenda, quæ ad veritatem, & beatitudinem via ſit, non eſt dubitandum; ergo euidens eſt reuelatio clara, & facilè videtur ab his qui quęrunt eam, quod ſi multi non quærunt, ad indagandum non applicantur.

196 Dices cum Patre Mauro libro 6. quæſt. 17. ex dictis, & ſimilibus authoritatibus haud deduci euidentiam reuelationis, ſolum euidentiã credibilitatis. Sed præterquamquod ad ſolutionem argumenti ſuprá facti materialiter ſe habeat, an ſit euidentia credibilitatis, aut reuelationis, cum vel vna, vel alia ſuppoſitâ æquè vrgeat difficultas, vt fatetur ipſe Maurus, & conatur reſpondere; nam ſi ponimus euidentem credibilitatem, quarè in tanta euidentia Sectarij,

ctarij, & Mahumetani incredibilem eſſe putant; prætterquamquod inquam materialiter ſe habeat, adhuc inſtantiam ſoluo eodem argumento, quo & contrà ipſum Maurum attuli in publicis diſputationibus. Euidens eſt quod illa Religio, quæ eſt euidenter credibilis, ſit reuelata à Deo. Religio Catholica eſt euidenter credibilis; ergo eſt reuelata à Deo: Probo maiorem: Euidens eſt Religionem non releuatam à Deo non poſſe eſſe euidenter credibilem: ergo euidens eſt Religionem euidenter credibilem eſſe reuelatã à Deo. Antecedens eſt liquidum, quia aliter ſi Religio falſa eſſet, vel poſſet eſſe euidenter credibilis, nos non poſſemus diſcernere verani à falſa Religione, quia æquè inuariatè euidenter credibiles apparerent contrà conceptum diui-

Ex euidentia credibilitatis myſteriorum deducitur euidentia reuelationis.

næ Iuſtitiæ obligantis ad veram Religionem indiſcernibilem, & condemnantem infidelem ob inuincibilem Religionis veræ ignorantiam. Concludamus ergo Ioannis Chryſoſtomi dictis Oratione quod Christus ſit DEVS: *Nullus itaque his cōtradixerit, niſi qui valdè inſanus, & totus ſtupidus ſit, humanoque ſenſu priuatus.*

Myſteria credibilia ſunt, ſolum eſſe reuelata ſcitur.

197 Certè euidentiam credibilitatis nos etiã admittimus, quia quodcunque eſt reuelatum à Deo, eſt euidenter credibile propter ipſam Dei reuelationem, at cum hoc ſtat, quod ipſa Dei reuelatio non ſit credibilis, ſed moraliter ſciatur E. G. Myſterium ſecundum veritatem Logicam ſcitur, non autem ſecundum veritatem Metaphyſicam, quia ſecundum hanc creditur, in quantum veritas Metaphyſica redditur

tur euidenter credibilis, ideſt per ſcientiam veritatis Logicę, connexionis videlicet cum diuina reuelatione.

VIGESIMAPRIMA PROPOSITIO.

Cognitio euidens de Myſteriorum reuelatione eſt ſaltem principiatiuè ſupernaturalis, & ſatis eſt ad actum Fidei.

198 DEclaro quod ſuprà prætermiſi, nempè euidentem illam cognitionem de reuelatione Myſterij, quam concluſimus pro veræ Religionis inuenibilitate, eſſe ratione ſaltem principij ſupernaturalem, quia ad illius productionem, vel dona Spiritus ſancti prærequiruntur, vel loco illorum illuſtrationes quædam, quas Deus prouidus infidelibus concedere non dedignatur.

Cognitio euidens reuelationis oritur principiatiuè ab illuſtratione ſupernaturali.

Omnis autem cognitio, quæ ſine lumine ſupernaturali nō habetur, & cum illo, facta diligenti indagatione, & examine obtinetur, ſupernaturalis eſt; huiuſmodi videtur cognitio reuelationis; ergo eſt ſuperuaturalis. Liquet maior, quia cognitio principiorum Metaphyſicorum, eſt naturalis, quia Philoſophi ſiue habeant illuſtrationes, & dona, ſiue non, producunt, & conſeruant; ergo cognitio illa quę cum illuſtrationibus, & donis habetur, & ſine illis deperditur, eſt ſupernaturalis. Minor hęreſiarcarũ experientia ſatis conſtat: hi enim donis præditi, & illuſtrationibus quas in Baptiſmo receperunt, cognoſcebant reuelationis euidentiam, ac ipſamet reuelata credebant, illis deindè in ſcælerum punitionē deperditis, excęcati ſunt, ac ſolis lumen, ideſt cœleſtis veritatis, non viderunt; viſio ergo

Adeoque eſt ſupernaturalis.

ergo dependebat à donis; igitur ſupernaturalis: & hoc eſt quod tam clarè aduertit Auguſt. lib. de pec. mer., & rem. cap. 36. *Lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundũ, ideò dictum eſt, quia nullus hominum illuminatur, niſi ab illo primò lumine Veritatis, quod Deus eſt, ne quiſquam putaret ab eo ſe illuminari, à quo aliquid audit, vt diſcat. Non dico quemquam magnũ hominem, ſed nec ſi Angelum cõtingat ei habere doctorem. Adhibetur enim ſermo veritatis extrinſecus actione corporali. Veruntamen neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Audit quippè homo. vel hominem, vel Angelum, ſed vt ſentiat, & cognoſcat verùm eſſe, quod dicitur, illo lumine intùs mens eius aſpergitur, quod in æternum manet.*

199 An verò hæc ſuper-naturalis cognitio de euidentia reuelationis ſufficiat ad Diuinam Fidem, grauiſſima eſt controuerſia. Altiſiodorenſis *Lib.* 3. *Summæ trac.* 3. *capit.* 2. *Quæſt.* 5. concedit adhuc naturalem ſufficere. Caietanus cui videtur fauere Diuus Thomas 22. *Quæſt.* 1. *art.* 5. *& art.* 8. *ad* 1. Aſſerit interdum, quæ realiter demonſtrari poſſunt de Deo per accidens credi, propter eos, qui demoſtrationem non aſſequuntur; vndè non eſt neceſſarium priùs per fidem reuelationem Dei, & eius veritatem credere, ſatis eſt vt iſta ſciantur, vt deindè per ipſa credantur Myſteria. Suarez ex Diuo Thoma artic. 5. ad 1. & 3. vult nec reuelatio Dei vt euidenter cognita, nec ipſa Diuina veracitas ſatis ſunt, ſed neceſſaria eſt fides infuſa ad æquè credenda Myſteria, ac Dei veracitatem,

Controuertitur an ſatis ſit ad fidem.

Variæ ſententiæ referuntur.

&

& reuelationem circa ipſa Myſteria, & quidem noſtra ſententia eſt veluti media, nec enim cum primis ſolam cogitionis naturalitatem aſſerit ſufficere, nec cum vltimis fidem eſſe neceſſariam.

200 Argumenta, quæ fidei indigentiam probant, potiſſima ſunt, primò: quia aſſenſus altioris ordinis fundari non poteſt in aſſenſu inferioris ordinis, nec maior in minori certitudine: Atqui aſſenſus fidei eſt altioris ordinis, magiſque certus quàm naturalis euidens aſſenſus; ergo in hoc nequit fundari. Maiorem probat Ariſtoteles axiomate certiſſimo: propter quod vnumquoque eſt tale, & illud magis. Probant ſecundò ex Diuo Paulo ad Hebræos 11. *Accedentem ad Deũ oportet credere quia eſt*, nempè acceſſum ad Deum debere eſſe per fidem ſupernaturalem, ità Ribera, Sal- Et probatur.

mer, Cornelius a Lapide apud Suarium *diſp. 2. ſec. 6. de fide*. At hæ rationes, quæ vrgent contrà naturalitatem antecedentis cognitionis ad fidem, infirmæ ac nullius ſunt roboris ſemel conceſſa in actu ſupernaturalitate; nam primò actus fidei poteſt fundari in veracitate Dei reuelantis cognita euidenter ſupernaturaliter, quæ cognitio eſt in æquali ſerie certitudinis; ac fides reſpectu principij, & obiecti. Ariſtotelis dogma propter quod vnumquodque eſt tale & illud magis exponitur de cauſa formali non de quacunque alia cauſa vel requiſita, conditione, ſeù circumſtantia: quod apertè conſtat de accidente requiſito ad ſubſtantiæ productionem, nec indè ſequitur accidens magis eſſe tale ſeù magis perfectum ac ſubſtantia. Secundò Dictum Diui Pauli intelligendum

Poſita ſupernaturalitate principiatiue omnia ſaluantur.

dum

dum eſt de acceſſu ad Deum per fidem; cęterum Caietanus ad Hebræos 11. exponit ly Verbum credere latè pro aſſentiri. & Altiſio l. loco citato declarat acceſſum ad Deum ſupernaturaliter neceſſariò ſupponere aliquam existimationem de Deo naturalem, quia gratia naturam, & cognitio ſupernaturalis naturalem ſupponit; ſi ergo Dictum Pauli per ſimplicem naturalem cognitionem Dei ſaluatur, potiori iure & ſaluabitur per cognitionem euidentem ſupernaturalem.

201 Recentiores tamen non deſunt, imperceptibilem putantes euidentiam reuelationis. Aſſerunt aſſumptum eſſe inuerificabile & impoſſibile, vndè altercari an euidens cognitio reuelationis componatur cum fide, eſt controuerſiam inſtituere de re implicante, ità Bannez hic *Quæſt* 5. *ar*. 5. & *Quæſt*, 5. Inſtantiæ Bannez contra euidentiam reuelationis.

ar.

ar. 5. Fundatur, quia non viſa perſona loquente, impoſſibile eſt cognoſci euidenter illam eſſe quæ loquitur; ſi ergo Deus nō videtur, quod loquatur euidens eſſe non poteſt, & potiori iure propter maiorem Dei à creata cognitione diſtantiam. Tum quia locutio Dei eſt intellectualis, & immanens in ipſo exiſtens, ac cum ipſo identificata; ergo euidenter, niſi ipſe Deus cognoſcatur, cognoſci non poteſt. Vltimò vel euidentia reuelationis eſſet intuitiua vel per effectus, vel per ſigna; non intuitiua, vt argnmenta probant; non per effectus, quia ſic demōſtrant Deum operantem non loquentem; Non per ſigna, quia nullum ſignum eſt quod æquè ab Angelo, & à Deo fieri non poſſit; ergo numquam per ſigna euidenter conſtare poteſt Deum eſſe qui loquitur.

At

Digitized by Google

202 At poſſibilitas euidentis cognitionis circà reuelationē, prærerquam quod conſtet & inferatur ab actuali euidenti cognitione ſupra probata, otioſum non eſt denuò conualidare; primò authoritate Duran.3.*d*.2.3.*q*.9. Gerſ.*Alphab*.13. *litt.H* Cart. *q*.1.*Prolog*.Caiet.22.*q*.5.*a*.1. & *q*.17. Ferra.3.*contr Gent*. *c*.4. Suar.*diſp*.3.*de fide ſec*.8. ſecundo, ſequenti ratione. Quia primus Angelus recipiens in ſua creatione fidei reuelationem, potuit euidenter cognoſcere illam non fuiſſe ab aliqua creatura, adeòque fuiſſe à Deo. Tùm quia euidenter cognoſcens miraculum in ſignum veritatis, euidenter cognoſcet Deum veritatem reuelaſſe; vt Maria Virgo euidenter cognouit concepiſſe ſinè viro, ſine dolore peperiſſe; ergo habuit euidentiam teſtificantis; adeòque abſolutè non

Et confirmatur authoritate, & ratione euidencia reuelationis.

Digitized by Google

Inſtantiæ Bannez ſoluuntur.

non eſt impoſſibilis. Vana deindè ſunt Bannez argumenta. Ad primum non requiritur ad euidentiam loquentis, vt loquens videatur, ſufficit vt audiatur. Adde quod per coniecturas & rationes concludi poteſt vocem eſſe talis loquentis, quam coniecturam habemus in locutione Dei, qui per miracula oſtendit nobis ipſum, & non creaturam loqui. Ad ſecundum locutio extrinſeca Dei, qua nobis Myſteria fidei reuelat, eſt actio tranſiens, conſequenter ad illam cognoſcendam non requiritur vt & Deus intrinſicè, ſecundum ea, quæ dicit concipiatur. Ad tertium locurio illa cognioſcitur per ſigna locutionem comprobantia, quæ ab Angelo, impotente ad ſupernaturalia, naturali virtute fieri non poſſunt; idicircò vel à Deo immediate fiunt, vel ab Angelo iſtrumentaliter, vel ab vno ta-

tamen, vel ab alio, ſemper, iuxtà in ſuo loco explicata, ad euidentem cognitionem à poſteriori inducunt; nec maius in hoc puncto Sacramentum inuenio.

VIGESIMASECVNDA PROPOSITIO.

Modum explicatum Religionis inueniendæ omnes percipere poſſunt, ac optimus quidem eſt ad infideles diſponendos, ſed non talis, vt ſine ipſo fides haberi non poſſit.

203 Methodum dictã non doctis, ſapientibuſque dumtaxat expoſuimus, ſed indoctis etiam ac ruſticis, illiſque, qui in ſumma degunt ignorantia, niſi per peccatum dona, vel illuſtrationes deperderint: nam

Digitized by Google

nam quis erit, cui ſi proponantur miracula, veritas prophetiæ, honeſtas legis, Scripturarum concordantia, comparatione ad Religiones alias, quibus eadem ſigna deficiunt, non iudicabit Chriſtianam alias in ſignis excedere? & ſi deindè proponatur Religionem veram eſſe diſcernibilem à falſa propter ſignorum exceſſum, forſan preſumet negare? ex his deindè præmiſſis quantumcunque rudis nō aſſentiet, & huic concluſioni; ergo Chriſtiana Religio eſt vera? Dices eſſe rudes, neque hæc difficilia poſſe percipere; ſed age queſò quiſnam tam rudis eſt vt iura domus ſuæ, predij, ſaltem veſtitus, mercedis diuturni laboris neſciat, vel rationes non producat? Ignari capaces ſunt ac multotiès artium difficilimarum ſcientiſſimi. Rudes ſunt nautæ, rudes Agricolæ, rudes Paſtores

Etiam rudes poſſunt percipere euidentiā reuelationis.

Ratione probatur.

res

res, & multa tamen ſciunt, penetrant, diſcurrendo nouas & nouas conſequntur cognitiones. Expertum deindè eſt illiteratos applicatos in rebus diuinis proficere; ergo ſi volunt, omnibus clariſſimus erit modus indagandi Religionem.

204 Hoc idem denuò probo; vel ignari, & rudes haud concipere veram Religionem poſſunt, quia in ſe vera Religio quomodocunque explicetur difficilis, ac ardua captu eſt; vel quia modo à nobis ſuprà explicato difficilior eſt, cæterum alijs modis concipient; ſi hoc ſecundum, falſitas aſſumpti patet experientia ac argumento ſuprà inſinuato. Tùm quia ſi vera Religio eſt conceptibilis diuerſis alijs modis difficilioribus, potiori iure noſtro modo omnium facillimo conuinceriori, ac efficaciori. Si primum, quia nempè

Alia ratione conualidatur.

nempe] Religio quomodocunque explicetur inconceptibilis eſt à rudibus, videtur preſumptio. ac aſſertum contrà experentiam, contrà Patres.

205 Contra experientiam primò, quia Orbis totus aduerſante ſenſu, contradicentibus Principibus, credidit Apoſtolis Euangelium prædicantibus. Orbis totus relictis patrijs legibus, deorum cultu, amplexus eſt Euangelium. Omnes in Orbe Sapientes fuiſſe ridiculum eſt proponere, magis deindè probare, maior erat pars rudis, ignara. Quod antiquam deindè reliquerint irrationabiliter, non eſt veriſimile; rationabiliter ergo. Omnis rationabilis receſſus fundatur in maiori motiuo recedendi à lege ſupra motiuum continuandi; ergo rudes perceperunt diſcernibilitatem ac veræ Religionis in-

Eſt iuxta experientiam.

inuenibilitatem, quæcunque illa fuerat. Secundò omnes ſupponunt infideles ignaros capaces eſſe conuerſionis ad veram fidem; ergo ſupponunt poſſe omnes inuenibilitatem Religionis percipere, quia vanum eſſet tractare de Religione cum ſpe ſuadendi, ſi illi, quibus exponitur, incapaces omninò eſſent. Antecedens eſt receptum, quia ad omnes quotidiè, & Indos, & Turcas, & Arabes, & Tartaros mittuntur prædicantes, vt poſſint legitimè de cauſa Religionis tractare, tractando ſuadere, conuincere. Tertiò, non in qualibet Religione poteſt quiſq; ſaluari, ſolum in vera, ideſt Chriſtiana ſaluatur & ſi indocti veram à falſa diſcernere non poſſent, immerito damnarentur, quia Deus iudicaret per id quod incognioſcibile, & ininuenibile fuerat. Quarto Lutheranorum plebs in errore

Et modum, quo vtitur Chriſtiana Religio.

re ac falſis dogmatibus in-
ſtructa eſt, ita vt non minus
ſapiens ac Sutor, Ancilla,
Nauta, famulus contrà Pa-
patum, Purgatorium, Eu-
cariſtiam, Prædiſtinationem
diſputet, quod ſi veritati
capaces ſunt vt aduerſentur
rudes hæretici, rationès ve-
ritatum ſuſtinendi, ac ſaltem
diſcernedi, incapaces omni-
modè erunt rudes Chriſtia-
ni?

Nõ datur practica euidentia reuelationis.

206 Dices ignaros vti-
que veram à falſa diſcernere
per quandam practicam eui-
dentiam, quam ſinè ratione,
ſine diſcurſu, ſinè ſpeculatio-
ne concipiunt, ſic practicè
cognoſcunt fædum eſſe ine-
briari, turpe mentiri, male
iniuſtè agere, quorum ſi
rationem, argumentum, ac
motiua poſtuies, nullam ſci-
unt. Benè, ſed nego practi-
cam hanc euidentiam, quæ
cum inſtinctu confunditur,
quia & ipſâ citra rationem
vti

vti poſſent; & Mahumetani. & Sèctarij. Vtique concèdo nonnulla moralia præcepta, cuius generis ſunt in exemplo allata, eſſe per ſe nota, ac nulla prorſùs indigere probatione, verùm Religio non ex ſe, ſed per rationem inuenibilis, ac diſcernibilis eſt, & hoc aſſeueranter probatum fuit in ſecunda propoſitione. Ratio à priori eſt, quia quamuis Deus nonnullis veris ſanctis, ac probis intùs loquatur, & multa ac multa recondita, ac arcana ſciant ſinè labore, quia tamen ſpiritus malus ſub apparenti ſpecie boni intùs etiam loquitur, neceſſaria vltimo eſt diſcernibiltas mali à bono, quæ quidem comparari non poteſt per aliam intùs locutionem ne procedamus in infinitum, ſed per veram expoſitam rationem.

207 Secundò, contrà ſanctos Patres: qui omnibus indi- Quod eſt iuxta mentem Sanctorum Patrũ.

h

indiſcriminatim Gentilibus, ac Hebræis Verbum Dei annuntiabant, ſuadebant. Ità Paulus Egregius prædicator Epiſtolas ſcripſit non ad doctos Corinthios; ſed ad Corinthios, ideſt, ad omnes, ad Romanos, &c. ſic ex decreto Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 7. compactus fuit Cathechiſmus maxime pro populo inſtrendo & Clemens 3. recogn. *Putas quod in terram defoſſam abſconderit Deus veritatem, & Montes ei ſuper impoſuerit; vt ab his qui in profundum fodere valent tantumodò inueniri poſſit. Non ità eſt &c.*, & verè Deus potuit veritatem in candelabro, vt luceat omnibus qui in domo ſunt; ergo omnes modum iueniendæ Religionis concipere poſſunt, & maximè expoſitum, vt potè facillimum & conuincentem, qui quidem meo iudicio opti-

optimus eſt ad infideles diſponendos, vt veritatem Chriſtianam recipiant, quia illo ſemel appræhenſo non habent vndè reluctent ex parte tùm reuelationis Myſteriorũ, tùm credebilitatis eorundem; idicircò cum Dominus omnibus per auxilia ſufficientia, ac piam in voluntate affectionem adſit, ſtatim fidem circa Myſteria conſequentur. Aduertendum tamen eſt, modum iſtum Religionis inueniendæ non ita, neceſſarium eſſe vt ſinè ipſo fides heberi non poſſit, quia primò pueri antè perfectum rationis vſum credunt ſinè ſemotiuorum ratione. Secundò Adulti poſſunt credere ſicuti de facto multi credunt, & eſt communis Teologorum ſententia; per reuelationem Myſteriorum creditam, non ſcitam, innixi tantumodò in credibilitate, quam refundunt ſigna in Religionem.

ci omnes poſſunt ſcire, tenentur ſcire rationem reuelationis.

208 Et hic non otioſè quærendum venit, an omnes ſi poſſunt, teneantur etiam rationem ſcire de Religionis veritate, quæ ſaltem conſiſtat in eo quod habeant credebilitatis motiua ſuprà alias Religiones, vel abundè propriæ ſatisfaciant obligationi, per hoc quod veram credant Religionem? Reſpondendum videtur ſi omnes poſſunt ſcire, omnes tenentur ſcire ſaltem credebilitatis motiua. Moueor quia Mahumethanus à peccato non excuſatur negans Chriſtianam Religionem; ergo non niſi, quia tenetur ſcire, & rationem reddere, ac inueſtigare; nam præciſã obligatione ſi ſuam ſequeretur, non eſſet vnde peccatum illi imputaretur.

Nonnullis rationibus probatur.

Tùm quia fideles & ſi rudes poſſunt eſſe Hæretici & pertinaces; ergo oportet cognoſcant Eccleſiam à qua recedunt; ſin minùs nulla eſt perti-

tinacia, quia contumacia non eſt relinquere quod non cognoſco, nec concipere teneor: Deindè ſi puniũtur excommunicatione, culpæ ſunt capaces. Nulla culpa ſinè cognitione, & obligatione, quis enim peccat traſgrediendo ea, quæ non cognoſcit, nec cognoſcere tenetur? Tum quia Chriſtus docet, Iudæos omnes etiam indoctos eſſe execuſatione deſtitutos. Lucæ 13. *Tunc incepietis dicere manducauimus coram te & bibimus; & in plateis noſtris docuiſti; & dicet vobis neſcio vos vndè ſitis, diſcedite à mè omnes operarij iniquitatis*; ergo quia poterant, & tenebantur ſcire quæ nouæ legis erant. Accedit nos teneri legem credere corde, illam ore confiteri. Diuus Paulus cap. 10. 9. *Quia ſi confitearis in ore tuo Dominum Ieſum,, & in corde tuo credideris quod illum Deus ſu-*

Et authoritate Scripturæ.

ſcitauit à mortuis, ſaluus eris. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. At diſcrimen inter credendum corde, & confitendum ore, eſt; quia credere corde rationabiliter eſt credere, ex Diuina reuelatione cognita per credebilitatis motiua; credere ore ſinè corde, non eſt verè credere. Hoc ſecundo modo credunt Sectarij Hæreſiarcharum falſiſſima dogmata; hinc omni vento Doctrinæ agitantur, & mutantur ex reſpectuū mutatione: ſi Princeps ad Caluiniſmum accedit, vel aliud libuit, Caluiniſmum & ſubditi amplectūtur, ſi Lutherum Princeps exaltat, & Lutherum ſubditi extollunt; hinc corde non credunt, & ſi ipſis videtur credere, falluntur. Nos ergo tenemur credere corde, & fateri quod credimus ore; corde autem credi non poteſt

ni-

niſi credebilitas Myſterio-rum concipiatur; ergo tene-mur ſcire, & cognoſcere iu-xtà Petri Apoſtoli dictatum Epiſt. 3. 15. *Dominum au-tem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt ſpes:* Quomodò enim parati ſu-mus ad ſatisfactionem omni poſcenti reddendam, ſi neſci-mus, & ſi ad ſciendum non tenemur?

Tum etiam quia fides par-ticipat de me-dio.

209 Confirmatur. Scotus *in 3. diſt. 27. Queſt. vnica* § *ad primum principale* quærit vtrum Theologica fides de medio participet? Reſpondet virtus Theologica eſt pro-priè media nõ ex parte obie-cti vt potè infiniti, ſed ex par-te exceſſus, in quantũ poteſt tendere in obiectum actu immoderato, ideſt vel leuiter quia firmiter credit quod nõ eſt credendum iuxtà illud

qui citò credit leuis eſt corde; vel pertinaciter nimis reſiſtens credendis, ac nolens aſſentirè niſi per rationem naturalem oſtendatur, quod venit credendum. Vitium ergo eſt in fide leuiter credere, vel omninò ad credendum rationem inquirere, medium ſaltem aliqua rationabilitate credere *vt ſit rationabile obſequium veſtrum*; nos ergo ſi tenemur ad credendum virtute Theologica, tenemur etiam rationabilitatem côcipere & credebilitatis ſaltem rationem reddere.

Componitur huiuſmodi obligatio cum Diuina Miſericordia.

300 Nec dicas primò grauiſſimum eſſe iugum obligationem ſciendi. ac officere conceptui Diuinæ Miſericordiæ, qua Deus clementiſſimè ſe gerit. Secundò magis ignorantiam ac ſcientiam iuuare ad Religionem conſeruandam, tum etiam ad tollendas hæreſes, ac pacem & regnorum ſtabilita-

tem

Digitized by Google

tem fulciendam. Quia Diuina Miſericordia maximè viget in eo quod facilem, ſuauimq; reddat inuentu Religionem; adiuuando deindè per dona, & illuſtrationes fidelium mentes, vt poſſint citò credebilitatis motiua concipere; & ſicuti obligatio ad credendum, ad præcepta ſeruanda &c. cum infini. Dei componitur miſericordia, ita optimè conciliatur obligatio ad motiua ſcienda cum Diuina Miſericordia. Ignorantia deindè ad veram fidem non iuuat, imò multum aduerſatur. Veritas in luce eſt falſitas in tenebris; ſic Mahumetana Religio, quia falſa ignorantia gloriatur, ſcientiam prohibet. Sectarij ad latibula recurrunt interna tamquam ad prima credendorum principia. Hæreſes ſcientia non ignorantia tolluntur. Ignari regna præcipitant, non conſeruant. Re-

Iuuat ad conſeruandam Religionem.

quiritur quidem ignorantia Myſteriorũ non motiuorum, & reuelationis, quod promulgauit Apoſtolus, *Scio cui credidi, & certus ſum*. Hæc autem ſcientia non eſt huius mundi ſapientia, hanc Paulus increpat. *Nonnè ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Placuit Deo per ſtultitiam predicationis ſaluos facere credentes*, vocat prædicationem ſtultam, quia predicatio quę annunciat non probat quia ad credẽdum proponit, ſed cum motiuis credebilitatis, & ſcientia reuelationis. Cæterum Deus populorum negligentiam condonat, vel miraculis ac ſignis, quibus omni ætate veram fouet Religionem, ſupplet confirmando, & noua motiua fidelibus præbendo væræ Chriſtianæ Religionis.

211 Quod ſi inuenirentur, vel in ſiluis Paſtores, vel in remotiſſimo Pago homi-

Digitized by Google

nes ita ignari, & rudes vt neque ex Patribus rationabilitatem fidei recepiſſent, nec ex ſe ipſis apti eſſent ad inueniendam, his teneretur Diuina Prouidentia mittere Angelum ad docendos, ac inſtruendos, ſicuti legitur feciſſe Cornelio Centurioni in actibus Apoſt. cap. 10., vel intùs dare ſufficientes illuſtrationes ad concipiendum, quę vera ſunt, vel deſiderium & inclinationem ad quærendum ab exteris, vel alio modo nobis occulto, reddere ſcientes eorum ad quę tenentur. Quod ſi auxilijs conſentirent benè, aliter in pœnam negligentiæ relinqueret illos Deus in reprobum ipſorũ ſenſum, ita S. Th. 2. 2. q 2. a 6. 7. & Scotus in 1. diſt 28. q. 1. *reſpondens ad principale*. Hanc autem internam locutionem haud Deus alijs, qui aliundè Myſteria, ac eorum rationabilitatem comparare poſſent, concedit.

Tenetur Deus dare alia media ad ſciendã Religionem, ſi omnia defeciſſent.

VI-

VIGESIMATERTIA PROPOSITIO.

Conditiones, quæ ex Sanctis Patribus & cõmuni Doctorum placito requiruntur ad Fidem, inueniuntur in actu Fidei etiam ſuppoſita euidenti notitia reuelationis,

Definitio fidei ab Apoſtolo tradita exponitur.

212 DIuus Thomas 2.2. ar.1. quærit vtrum competenter data fuerit ab Apoſtolo definitio fidei: *Eſt ſubſtantia ſperandarum rerum argumentum non apparentium.* Ad difficultatis enodationem nõnulla ſupponens, alia explicans, vltimò Paraphraſim facit definitioni, dicendo: *Fides eſt habitus mentis, quo inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum aſſentire non apparentibus*, & determinat Fidei conditiones, nempè primò; Fides diſtinguitur ab opinione

nè, ſuſpicione, & dubitatione, quia eſt argumentum, per quod firmiter intellectus adhæret alicui; Secundò diſtinguitur à Fide communiter ſumpta, quæ ad beatitudinem ſperatam non ordinatur, & etiam à Fide naturali, quæ ab habitu ſupernaturali non procedit. Articulo deindè ſecundò determinat Fidem eſſe actum intellectus, & in hoc tamquam in ſubiecto ſubiectatur. Quartò ad actum Fidei prærequiritur iudicium credibilitatis antecedens voluntatem credendi ſecundum ſubſtantiam naturale, principatiuè ſupernaturale; Gabriel in 3. diſtin.24. dub.1., & Almayn dub.1., Ocham quodlib.4. quæſt.10. Quintò præter iudicium credibilitatis neceſſaria eſt ſpecialis illuminatio Spiritus ſancti, quæ vt eſt in intellectu, ſupernaturalis eſt, & in voluntatem etiam redun-

Conditiones actus fidei recenſentur.

dun-

dundant, cuius munus eſt intellectum excitare ad credendũ, & voluntatem etiam ad imperandum; ita D. Th. 2. 2. q. 2. a. 9. ad 3. dicens: *Ille, qui credit habere ſufficiens inductiuum ad credendum: inducitur enim ad credendum authoritate diuinæ doctrinæ miraculis confirmatæ; & quod plus eſt interiori inſtinctu Dei inuitãtis*: Quod ex Tridentino etiã comprobatur apertè, nam ſeſsion 6. cap. 6. ait: *Diſponuntur autem ad iuſtitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti Fidem ex auditu cõcipientes liberè mouentur ad credendum*; ex quibus deducitur præter auditum, quo audimus quæ ſunt Fidei, requiri diuinam gratiam excitantem, & adiuuantem, qua liberè moueamur ad credendum, quam internam excitationem Concilium vocat Sanctam illuminationem.

à

à qua dixerat capite quinto ſumi exordium ſalutis. De hac ſancta cogitatione loquitur, & Concilium Arauſicanum cap. 5. dicens: *Affectus credendi eſt ex gratia*, & Tridentinum Can. 3. *Neminem poſſe credere ſicut oportet, ſine Spiritus ſancti præuenienti illuminatione, & inſpiratione.* Non diſſimilis eſt Auguſtini doctrina l. 2. cont. duas Palagian. Ep 8. & q. 2. ad Simplicium, Et lib. de dono Perſeuerantiæ cap. 13., & 14., & Epiſtol 107. Gregorius homil. 3. in Euangelium, &c. Neceſſitas ergo ad ponendam illuminationem Spiritus ſancti ſuprà credibilitatis iudicium, non eſt, vt præcisè credibilitatis iudicium producatur, hoc enim haberi ſufficiẽter poteſt ſine gratia hac excitante, ſed ad hoc, vt iudicium ſimul cum ipſa gratia moueat voluntatem ad credendum; & eſt

meus

mens Augnſtini epiſtol. 107. , vocantis illuminationem doctrinam internam, per quam Deus ita mouet ſenſum, vt accommodet aſſenſum.

Vltima conditio eſt libertas

213 Vltimò actus Fidei debet eſſe liber quoad exercitium, & quoad ſpecificationem, quia poſito quocunque credibilitatis iudicio, poteſt homo credere, & non credere; probatur Actorũ 17, 32. *Cum audiſſent autem reſurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt: Audiamus te de hoc iterum*. Chriſtus Marci vltimò: *Prædicate Euangelium, qui crediderit ſaluus erit, qui nõ credderit condemnabitur*. Paulus ad Rom. 10. *Domine quis credidit auditui noſtro? &c.* & ſubiungit *non omnes obediũt Euangelio*; ex quibus apertè deducitur libertas Fidei quia ſi liberi non eſſent homines ad credendum, poſito

Digitized by Google

to auditu credendorum, omnes crederent, vel omnes non crederent. Tùm etiam Fides non vocaretur obedientia, de cuius conceptu eſt libertas. De hac libertate clarè ediſſerit Tridentinum ſeſſ.6.cap.6. vbi ait homines diſponi ad iuſtitiam: *Dum Fidem ex auditu concipientes liberè mouentur in Deum credentes*. Clariùs Toletanum quartùm cap.23.dicens infideles non debere cogi ad Fidem, *quia Fides debet eſſe libera*. Communis eſt etiam Patrum ſententia præcipuè Irenei lib. 4. contrà hæreſes nap.72., & Auguſtini lib. de Prædeſtinatione Sanctorum cap.2.,& ſequentibus de Spiritu, & Littera cap.23., & libro 1. ad Simplicianum quæſt.2.,& tract.26. in Ioannem. Idem confirmat ratio in eo fundata primò, quod infidelitas ſit peccatum; ergo libera; adeòque ex oppoſito

Iuxta Conciliorum definitionem.

Digitized by Google

to libera etiam erit Fides. Secundò Fides eſt meritoria ad Rom. 4. *Credidit Abraham Deo. & reputatum eſt illi ad iuſtitiam*; ergo libera.

214 Igitur ſummariè conſenſus Patrum, & Doctorum, tùm etiam Scripturarum eſt, ad Fidem diuinam requiri qnod ſit certa, & non ſit ſcientia. Secundò, quod ſit ad beatitudinem ordinata, & originem ducat ab habitu ſupernaturali. Tertiò, quod actum Fidei præcedat iudicium credibilitatis non ſupernaturale quoad ſubſtātiā, ergo ſaltē ſupernaturale principatiuè, Quartò, neceſſaria eſt ſpecialis Spiritus ſancti illuminatio, quæ ſit in intellectu, ac in voluntatem redundent. Quintò, requiritur in actu Fidei libertas quoad execitium, & ſpecificationem. At qui hæc omnes conditiones verificantur in actu Fidei, etiam poſita noti-

Poſita euidenti notitia reuelationis actus fidei conſequens omnibus gaudet requiſitis conditionibus.

titia euidenti reuelationis; ergo notitia euidens reuelationis non obſtat ad verùm, & perfectum actum Fidei: Minor oſtenditur: Suppono me credere Trinitatem propter Dei teſtimonium euidenter cognitum; tùm ſic actus iſte Fidei eſt certus, & non ſcientificus; ſecundò, eſt ordinatus ad beatitudinem, ac originem ducit ab habitu ſupernaturali: Tertiò ad ipſum præcedit iudicium euidens credibilitatis, quo iudicaui Trinitatem eſſe à Deo reuelatam, adeòque propter diuinum teſtimonium credibilem: Quartò, Iudicium eſt principiatiuè ſupernaturale, quia ſupponit, vel diuinam illuſtrationem, vel loco illius dona Spiritus ſancti: Pono deindè ſanctam illuminationem excitantem intellectum ad actum Fidei, & redundantem in voluntatem, vt imperet: Vltimò actus

ipſe eſt liber mediata libertate, quia vtpotè actus intellectus eſt liber in voluntate potente imparare, & non imperare, vt in propoſitione ſeptimà abundanter dictum fuit; ergo omnes veræ Fidei conditiones verificantur in actu Fidei ad quem præcedit iudicium euidens credibilitatis; ergo notitia euidens Diuini teſtimonij compatitur cum actu diuinæ Fidei, quod fuit ſuprà inſinuatum.

Fx D. Thoma Dæmor [illegible]a-cti credũt [illegible] ſignorum habent euidentiã.

215 At contrà hanc pręſumptam libertatem, & ſi multa ſoluimus ſuprà, quæ ab aduerſarij obijciebantur. alia noua difficultate ex Sancti Thomę doctrina deprompta, nunc inſurgere tentant, quam referre opus eſt, & euacuare. Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 2. artic. 2. quærens an in Dęmonibus ſit Fides, motus ex ſecunda Iacobi: *Dæmones credunt, & contremiſcunt*. Reſpondet affirma-

matiue, nempè in Dæmonibus non eſt Fides, qua ex imperio voluntatis in bonum tendẽtis, intellectus ad aſſentiendum moueatur, eſt tamen in illis coacta quædam Fides, qua ex naturali ſua perſpicacitate, & ſignorum euidentia doctrinam Eccleſiæ à Deo profectam eſſe credere coguntur. Quod explicat duplicem modum credendi, diſtinguens: Primùs modus eſt ex ordine voluntatis ad bonum, & ſic credere eſt actus laudabilis. Alius modus, quia intellectus conuincitur ad hoc. quod iudicet eſſe credendum his, quæ dicuntur, licet per euidentiam rei non conuincatur. Primò modo credunt Fideles: Secundò modo Dæmones; hinc credunt quaſi coacti, & ideò Fides non pertinet ad laudem ipſorum. Ex qnibus clariſſimè infertur, nos ſi haberemus euiden-

Duplex modus credendi.

dentiam in atteſtante, non minùs, ac Dæmones ad credendum eſſe coactos abſque actus laudabilitate; quod ſi coacti non libri.

Argumentum militans contra omnes Catholicos.

216 Hoc eodem argumento vtitur nouiſſimè Doctiſſimus Maurus contrà Elizaldam. Sed primò, data doctrina æquè militat contrà omnes credibilitatis euidentiam ponentes, per quam iudicant credendum eſſe, quod euidenter eſt credibile, conſequenter omnes ſoluere tenentur. Secudò, Diuus Thomas per ly coactè ibi intelligit actum ſiue charitate, qui enim credit non amando, non mouetur ex ordine voluntatis ad bonum, vndè veluti coactè, non amicabiliter credit. Hæc dicta ſint Sancti Doctoris, verba venerando, quia ex Magiſtri Sententiarum verum, & fundatum habeo diſcrimen inter noſtram, ac Dæmonum fidem optimè

Explicatur D. Thomas.

cum

cum ſuprà narrata methodo componibile. Magiſter igitur *lib.3. diſt.23.* diuidit credere, in hoc, quod eſt credere in Deum, credere Deo, credere Deum. Credere Deo eſt credere vera eſſe, quæ Deus loquitur. Credere Deũ eſt, quod ipſe ſit Deus, credere. Credere in Deum eſt credendo Deum amare, in Deum ire, ei credendo adhęrere, eiuſque membris incorporari. Primò, & ſecundò modo credunt impij, & Dæmones quia informiter, ideſt ſine charitate credunt, cum hoc tamen diſcrimine, quod impij ſi Chriſtiani, adhuc ſine charitate ſupernaturaliter credunt actu ſupernaturalizato ab habitu Fidei. Dæmones verò credunt informiter, & dumtaxat naturaliter. Boni verò Chriſtiani vltimò modo credunt, ideſt in Deum, per quam Fidem iuſtificantur, vt deindè ipſa

Triplice modus credendi ex Magiſtro Sententiarum.

Fi-

Fides incipiat per dilectionem operari, ac ideò dilectio opus Fidei dicitur, ſicuti Apoſtolus oſtendit: *Si habuero omnem Fidem, itaut Montes transferam, charitatem autem non habuero, &c.* Differentia ergo inter Fidem Dæmonum, & bonorum Chriſtianorum non eſt, quia Dæmones coacti coactione oppoſita libertati credunt, aliter, & impij, qui vniformiter, ac Dæmones credunt, coactè crederent; ſolùm ergo diſcriminantnr, quia credunt informiter ſine charitate, & dilectione, qua in Deum peterent, illique adhęrerent; quod ſi placet cum D. Thoma confundere lycoactè cum amoris defectu, non inficior, & coactè Dæmones eredere, in quo ſenſu nullum pœnè abſurdum ex euidenti reuelationis Myſteriorum notitia ſequitur, ſicuti apparet.

Modus quo Dæmones credunt, concluditur.

FINIS.

Digitized by Google

Menda ſic emenda.

Primus numerus Paginam, ſecundus Paragraphum, litera M. marginem, O. denique corpus Paragraphi indicat.

Pag. 28. 13. M. deputat. diſputat.
54. 39. M. deducitur vnitatem. deducuntur rationes.
73. 52. M. Aſtrologorum ſeſitẽtia. Aſtrologorũ ſententia.
114. M. Sententia reuelationis. Scientia reuelationis.
113. M. Tota controuerſiæ. Tota controuerſia.
136. 88. M. Et Sancti Paties. Et Sancti Patres.

Pag. 18. Propoſitionis XI. M. Senſum fallibilitaſuum. Sẽſuum fallibilitatem.
20. 113. M. Nulla ratio exiſiti. Nulla ratio extitit.
31. M. Doctores in pugnando. Doctores impugnando.
30. M. Macchiauellum. Macchiauellus.
50. 132. M. non fuerunt falfa. non fuerunt falſa.
78. 149. O. quia aliã. quia aliud.
89. M. expobtionem. expoſitiorum.
99. 163. M. Propheticnm haberut. Propheticum habuerunt.

Digitized by Google

Digitized by Google

9-3-1

Digitized by Google